62558/B

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

HAEN, A. de

U2

MEDICAL SOCIETY OF LONDON
D. a. 13

ANTONII DE HAEN,

S. C. R. A. MAJESTATIS CONSILIARII ET ARCHIATRI,

MEDICINÆ IN HAC ALMA ET ANTIQUISSIMA UNIVERSITATE PROFESSORIS PRIMARII, PLURIUM ERUDIT. SOCIETATUM SOCII,

TOMUS DECIMUS QUINTUS

RATIONIS MEDENDI

IN NOSOCOMIO PRACTICO,

QUOD

IN GRATIAM ET EMOLUMENTUM MEDICINÆ STUDIOSORUM CONDIDIT

MARIA THERESIA,

AUGUSTISSIMA ROMANORUM IMPERATRIX,

HUNG. BOHEM. &c. REGINA &c. &c.

UNA CUM INDICE LOCUPLETISSIMO XV. TOMORUM.

VIENNÆ AUSTRIÆ,

SUMPTIBUS HERMANNI JOSEPHI KRÜCHTEN.

M. DCC. LXXIII.

PRÆFATIO.

Prodit tandem, cum horni mei Operis XV. Tomo, promiſſus dudum Index; longi ſane, ingrati, atque toedioſi laboris, opus. Qui cum ad hunc XV. Tomum neceſſario addendus eſſet, in cauſa quoque fuit cur hic ipſe Tomus minoris prodeat ſolito molis; proditurus alias numeroſis Tabulis ornatus, quas de rebus Anatome detectis, in Noſocomii Gazophylacio conſervatis, memorabilibus plane, inſolitis, multi-

que haud minus in Praxi, quam in Theoria uſus; partim delineavi ipſe, partim dexterrima manu delineari, inque æs incidi curavi. Quum nunc ſic importunæ foret molis opus, malui haſce Tabulas, amplasque earundem expoſitiones, ad Tomum ſequentem, qui erit *Rationis Medendi continuatæ Tomus ſecundus*, reſervare.

In hoc Indice operoſo me parum omiſiſſe confido eorum, quæ, memoratu digna utcumque, in Opere toto continentur. Si qui vero ſint, quibus hæc circumſcriptiora præplacuiſſent, faciles condonent velim: metus ne neceſſarii quidquam omitterem

rem, hujus, ſi qua commiſſa ſit, culpæ, ſolus in cauſa fuit. Peccatum autem inevitabile, imo neceſſarium, non raro fuit. Exemplo ſit Anatome! Qua enim ratione alia hanc adeo multiplicem, &, ut plurimum, Auditorum me circumcingenti coronæ demonſtratam, iisdem in mentem revocare potuiſſem? Ne vero putent hic cunctas quas aut feci unquam, aut viderunt ipſi, Anatomicas referri Sectiones, moneo hic eas duntaxat recenſeri, quibus ad Demonſtrationem rerum, hiſce XV. Tomis comprehenſarum, opus erat.

Quamvis autem parcior rerum prodeat hoc Tomo ſuppellex, gra-

vem tamen eandem, ni fallor, utiliſſimamque publico eſſe, æqui Lectores arbitrabuntur. Priora quippe tria Capita Obſervationes perpetuant, quas de ope Submerſis, Suſpenſis, atque Suffocatis, præſtanda *Tomo XIV. Rationis medendi*, nec non *ejusdem continuatæ Tomo I.* in publicum dederam. Adeone gratam nobis amoenamque putes, quis forte oggeret, hanc jam tertio recoctam Cramben? Sed revocata Daps nova donatur novis condimentis gratia. Et recentiora mea Obſervata, & cæterarum Nationum præclarum operis promovendi ſtudium, ſtupendaque per idem illarum felicitas, propo-

nenda

nenda exemplo erant illis, qui in hac opera præſtanda torpidi, difficiles, graves, ac fere deſperabundi, in rerum præclare geſtarum æmulationem provocandi eſſent.

Præterea me aliud urſit. Solutionem gravis quæſtionis Medico-legalis egregii apud *Lugdunenſes in Gallia Viri* dederant, ac ſpectatiſſima Societas Regia Chirurgorum, ut videtur, confirmaverat; quam cum repetitis admodum experimentis partim incertam, partim vero oppoſitam, partimque noxiam, deprehendiſſem, æqui verique amor in Jurisprudentiæ emolumentum, innocentiæque tutamen, latius exſpatiari me compulit.

 Ne-

Neque hæc erit ultima linea rerum. Ejus quippe earundem Natura eſt, ut ſuis e latebris raro nuda prodeat. Si optimus Deus, a quo omnia, & quo ſine nihil, vitam mihi vireſque conſervet, nunquam deero, quin iis opportunitatibus, quas Magiſtratus ampliſſimus, ac Practicum Noſocomium, mihi præ ceteris, ad elucidandum promovendumque hoc negotium, ſuppeditant, ſedulus utar.

Sed & aliud quid utile hic Liber forte habebit. Æque inanes noſtri plus centies labores, quam felicia in enodanda memorata Quæſtione experimenta, manu nos in inſperata Naturæ penetralia duxerunt; ac

calamitatis cujuspiam, æque obſcuræ, quam familiaris, notitiem, naturam, curamque, nobis revelaverunt; quemadmodum *Caput III.* docebit.

Tandem *Capitis IV.* de Dæmoniacis agentis, & utilem eſſe materiem, & ſcitu neceſſariam, omnes, niſi me animus fallit, mecum cenſebunt, quos Eccleſiæ, Reipublicæque, tenet amor. Utique quæ ſunt Fidei, hæc fideliter, hæc conſtanter, hæc ad ipſum tutanda propugnandaque ſunt Martyrium: quæ vero credula, quæ ſuperſtitioſa, quæ Religioni ſacratiſſimæ adverſa, indecora, atque probroſa, ſunt, hæc patefa-

tefacere, hæc ſiſtere, confunderenque, cujusque eſt, cui Religionis ſplendor, ſalus publica, atque tranquillitas Reipublicæ, cordi ſunt. Viginti fere retro ab annis in hæc invigilarem juſſerat omnium Principum Terræ religioſiſſima noſtra IMPERATRIX & REGINA, neque ignave hanc a me excultam Provinciam fuiſſe, ad ſingulam, quam ejus occaſionem dederat, erat experta. Opera mea, illuſtriſſimique BARONIS VAN SWIETEN, uti dudum geſtiebat, ad Sagarum, rogo deſtinatarum, examinandam cauſam; lætaque eandem eousque productam, atque elucidatam conſpexit,

ut de accuſatarum ſive innocentia, ſive ſtupiditate convicta, ne ultra morte ejusmodi punirentur, lege æterna ſanxerit. Dæmone autem obſeſſos dictos homines in Noſocomium meum inferri, quotiescumque tales eſſe perhiberentur, juſſit AUGUSTA; ut, an quid veri hæc turpis accuſatio haberet, probe explorarem. Quid vero deprehenderim, in *Tomo V.* hujus Operis enuntiavi. Porro ad oblatam novam ejusdem tentaminis occaſionem, rem fuſius debui pertractare, ut iteratis iisdem toties experimentis, cuique ſive Laico,

ſive

ſive Eccleſiaſtico, modus explorandæ veritatis tutiſſimus, prudentiſſimusque pateret.

Elen-

ELENCHUS CAPITUM

CAPUT I.

Hiſtoria auxiliorum, quæ Submerſis, Suſpenſis, Suffocatis, atque Infantibus mortuis, ut videtur, in lucem miſſis, adhibenda ſunt, quousque jam promota per *Europam* ſit. . . . . *Pag.* I.

CAPUT II.

An in *Criminalibus* certiſſima ſigna extent, quibus inſtructus Magiſtratus infallibiliter diſcernat vivusne quis, an mortuus, in undas præcipitatus ſit? *Pag.* 26.

CAPITIS II. Sectio prima.

Hiſtoria, hujus Diſquiſitionis origo, argumentorumque, ex eadem formatorum, examen. . . . . *Pag.* 27.

CAPITIS II. Sectio altera.

Sextuplex Anatome Corporum laqueo Strangulatorum, quorum varia phænomena Anatome deſcribit, variumque Experimentorum effectum. . *Pag.* 44.

CAPI-

CAPITIS II. Sectio tertia.

Septuplex hominum Anatome, quorum, Acutis Chronicisve defunctorum, Pulmones *aqua ſpumoſa* ſcatuerunt: ſexies in Noſocomio, ſemel in Urbe. *Pag.* 66.

CAPITIS II. Sectio quarta.

Spuma Pulmonum frequentiſſima ab aliorum Anatomicorum experientia in iis, qui merſi non fuerint, demonſtratur. . . . . *Pag.* 93.

CAPUT III.

De Hydrope vero ipſius Pulmonis. . . . . *Pag.* 105.

CAPUT IV.

De Dæmoniacis. . . . . . *Pag.* 127.

Appendix. . . . . *Pag.* 161.

Errata Indicis.

Pag.	Lin.		Lege.
7.	28. & 29.		dele *vero contrarium eſſe.*
31.	18.	*Aneuryſma cauſæ*	*Aneuryſma. Cauſæ.*
48.	11.	1772.	1773.
ibid.	15.	15.	16.
49.	2.	*ſubtiliſſimus*	*ſubtiliſſimus pulvis.*
ibid.	16.	*da*	*ad*
ibid.	21.	*inventæ*	*inventum.*
60.	10.	vide *Calor Tym.*	Vid. Calor. *Tym.*
66.	18.	*Arbuſta*	*Planta.*
71.	12.	*liberatus*	*dolore liberatus.*
83.	21.	*præcipue*	*præcipui.*
87.	23.	*prodeunt*	*produnt.*
92.	8.	*Chrohini*	*Chronici.*
115.	1.	*Tom. 6. capite*	*Capite 6.*
117.	14.	*denotata*	*de notata.*
119.	7.	τὸ ὀϱνᾶν	τὸ ὀϱγᾶν.
129.	28.	*Spuriæ*	*Spurii.*
&	29.	*deprehenſœ*	*deprehenſi.*
133.	4.	*perque*	*opeque.*
137.	15.	πανιυ	πανὺ.
141.	25.	*Billis*	*Bilis.*
150.	7.	*habenda, eſt*	*habenda eſt,*
159.	4.	*cam,*	*cum.*
163.	18.	*committabantur*	*comitabantur.*
180.	3.	*conſpecta*	*conſpectu.*
&	4.	*ſæpu*	*ſæpe.*
181.	15.	*attolatur*	*attollatur.*
191.	14.	*Cerebri ; dele ;*	
198.	27.	*intrepidus*	*intrepidius.*
210.	15.	*Tom. XI. pag.* 132.	adde & *Tom. XV. toto capite II. III. & IV.*
221.	20.	*morbes*	*morbos.*
222.	23.	*nato inde*	*naſcenti.*
224.	34.	*poſtillam,*	*poſt illam.*
229.	9.	*tuties*	*toties.*

Pag.

Pag.	Lin.		Lege.
241.	10.	*tam*	*tum.*
243.		poſt *tangant* adde	*humum.*
247.	ult	*Tom. IX.*	*Tom. XI.*
262.	17.	*excitavit*	*excitaverit.*
269.	34.	*indicant*	*indicat.*
275.	7.	poſt *nigras* adde	*poſſunt.*
277.	14.	*conſidere*	*conſidere.*

Quæ in Indice inter duo (   ) ponuntur, ad ipſius textus Libri elucidationem interjecta ſunt. Cum Index hic XV. Tomorum duntaxat ſit, vix earum rerum ſit mentio, quas Tomus I. *R. M. continuatæ* continet.

CAPUT I.

DE SUBMERSIS.

§. I. *Cur tertio hanc materiam aggrediatur Autor?* §. II. *Laus tum* Gallorum, *tum Societatis* Amſtelodamenſis, Hamburgenſisque, *in auxiliando ſubmerſis. Numeroſa apud illos in Vitam revocatio.* §. III. *Parca hucusque Auſtriacæ Plebis laudatio.* Ejus *Objectiones, ad easque Reſponſa. Cur alibi multis, hic raris, vita ſuffocata animetur? Cur in Noſocomio etiam deſperatos attingamus? Ut Demerſorum res, ſic & Suffocato-*

rum, Suſpenſorumque ſe habet. Hiſtoria memorabilis auxilii ſubmerſo admoti, quod principio ſpem vitæ dedit, turpiter vero deinde neglectum, mortis in cauſa fuit. Alia Hiſtoria vitæ ſubmerſi viri eousque refocillatæ, ut ſacris muniri ante obitum potuerit. §. IV. *Infantum recens natorum vita, ubi ſuffocata eſt, mortemque ſimulat, qua arte revocanda? Argumentum hoc urgetur, luculentoque illuſtratur exemplo. Vota in* Auſtriacos.

§. I.

Quandoquidem ab aliquot retro annis quæſtio *de revocanda ſubmerſorum vita* omnes in *Europa* φιλάντρωπους inflammavit, mearum eſſe partium duxi tractare eandem, ipſique adhibere operi manum. Hac de cauſa *Tomi XIII. Rat. Med.* bonam eidem partem dicavi; elapſoque abinde biennio *Tomi I. Rat. Med. continuatæ* alteram partem ad elucidan-

dam

dam hanc utiliſſimam quæſtionem unice impendi, atque commiſſos meos in priore errores, in poſteriore correxi: quo autem mea cum obſervata, tum experimenta, majorem publici in uſum cederent, germanice verti hoc ultimum opus curavi; cujus AUGUSTISSIMA IMPERATRIX, ac REGINA NOSTRA, vera Subditorum ſuorum Mater, Exemplaria propemodum CCCC. ad Auſtriæ univerſæ Chirurgos, & Balneatores, munificentiſſima ſua manu mitti curavit. Cum autem inexhauſta ſit hæc materies, interquieſcendum nunquam eſt a novis experimentis capiundis, ut priorum corrigamus defectus, luce autem nova illuſtremus, eandemque inſperatis forſitan ditemus inventis. Quid aliæ Nationes ad ſalutare hoc inſtitutum contulere præmittam.

§. II. *Inclyta Natio Gallica*, ab omni noto tempore in commoda non univerſi

tantummodo Regni, ſed & Orbis ſtudioſiſſima, callidiſſimaque, egregias Diſſertationes prodidit, aptasque his Calamitoſis ſuccurrendi propoſuit leges. Mirifice obſecundavit illis ſuprema Poteſtas. Intentaque in ſuum officium plebs tota reperitur ſic, ut per ſingulas vaſti Regni provincias reportentur de morte Triumphi, utique notiores ſingulis, quam ut hic recenſeantur. Et nuperrime die *Martii* octavo ejus quem vivimus anni, Juvenis; & *Aprilis* tertia die, Vidua, incola Gerontrophii, ſuam de *Sequana* extracti vitam a vera morte ſervatam, Militibus debent, qui in excubiis ibidem, & promptum, & perſeverans, præſidium tulerunt.

Societas Civium optimorum Amſtelodami collecta, quam plane neſcio quot laudibus cumulem, quot extollam encomiis, quaque verborum ſignificantia ceteris populis in exemplum feram, pro-

pria ſingulorum liberalitate idoneam pecuniam contulit, ut cuicunque, qui ſuperſtitem vitæ auram reſuſcitaverit ſubmerſo, ſeu in ea Belgii fœderati provincia, ubi præmium ſponte largitur ſuprema Poteſtas, ſeu in alia, in qua necdum publica remuneratio eſt, ſex aureorum mercedem grata expendat, ne Calamitoſis hiſce unquam auxilium deſit.

Diariorum, atque Commentariorum hujus ſocietatis percelebris, pluries memini prioribus mei Operis Tomis; jamque quarti Voluminis laudes cano, quod partim ipſius liberali providentia, partim populi vigilantia & promptitudine, denuo homines XXXVII., qui alias certam mortem occubuiſſent, vivos Reſpublica lætetur. Profecto mihi, vitam CLIII. mortalibus hoc modo, quatuor aut quinque duntaxat annorum curriculo, conſervatam contemplanti, tum & centies ac quadrageſies præmium ſoſpitatoribus,

quos proba judicum locorum teſtimonia muniverant, conceſſum perpendenti, liquido conſtat jam 840. Aureos Societatem erogaſſe. Hoc reſciens unus, alterque, donum non mediocre voluntarius & ignotus, ad ſocietatem uterque miſit. Quid non facit ubi viget, ubi ardet, ſincerus proximi amor!

Societas Hamburgenſis ad animandas cum Artes tum Inventiones utiles erecta, Hiſtoriam octo Submerſorum, quorum ſex reſtituta adhibitis præſidiis vita fuerit, cum *Amſtelodamenſi* communicavit.

§. III. Invitus & mœſtus de cara noſtra *Auſtria* quæror. Utinam poſt AUGUSTISSIMÆ munificentiam, ſingulis ejusmodi ſervatoribus 24. florenorum mercedem promittentis, toties, quam alibi, a certo interitu præſervarentur Submerſi! Abeſt autem a nobis hoc animi impenſum gaudium. Altius irradicatum in Vulgi animis præjudicium eſt,

quam

quam ut cujusquam effectus crederent auxilia fore ſua. Et quia ſerotinum laborem uſu caſſum lugent, tempeſtivum recuſant.

At vero ultra pergunt. Ut ſuam obvelent inhumanitatem, contendere audent ridiculum plane hic omne molimen eſſe, quandoquidem in Noſocomio practico *Viennenſi*, in quo hoc opus, ſi uſpiam terrarum, tanta cum diligentia, accuratione, frequentiaque exercetur, ne unus quidem revocatus fuerit in vitam. Quantamcumque abſurditatem habeat, injuſtitiamque, hæc Aſſertio vulgi, æquitas, veritas, publici boni amor, atque Civis boni officium, ad reſpondendum adigunt me, ne ultra vel minimum habeant ſuæ barbariæ ſubterfugium.

Ac primo quidem dico, quos ad vitam revocatos publica gentium aliarum teſtimonia perhibent, hos nec diu in undis ſubliluiſſe, neque maturo auxilio caruiſſe.

ruiſſe. Interea dum Medici atque Chirurgi advocentur, ſedula plebs mox in amnem delatis corporibus opem, quam poſſit, omnem admovet, fricando, agitando, irritando, inſpirando, madidas exuendo veſtes, focum exſtruendo, ope fiſtulæ tabacariæ aut aërem, aut fumum Tabaci in poſteriora injiciendo; ita ut Chirurgi aut Medici ſupplere ea tantummodo debeant, quibus præſtandis vulgus non erat. Nec nota etiam ſibi corpora deferunt ad eorum ædes, ſed vel in amne locatis, vel in proximas ædes, tuguria, bubilia, ſtabulave, delatis omne conferunt undique auxilium, unde multoties in plures diviſum præmium legimus: *Sic Pariſina, ſic Hamburgica, ſic Batava* Acta ſonant.

Jam ad noſtrum nos convertamus Noſocomium. Ad hoc deferuntur Corpora, quæ quot horas, diesve unda texerit, ignoratur; quæ diu in amnem de-

poſita

poſita fuere, interea dum per horas ad loci Toparcham eatur redeaturque, ut quid ille de invento Corpore jubeat intelligatur. *Viennam* transferendum ſi mandet, horæ elabuntur priusquam & currus inventus fuerit, & equi, & auriga, qui horæ, qui milliarii, qui milliariorum itinere ſemiputridum Cadaver in Noſocomium practicum deferant. Imo etſi Urbi propior quis fuerit ſubmerſus, neque ad ripam juvatur, neque niſi elapſis aliquot horis infertur in Noſocomium.

Si proinde ad vitam revocari unquam vix quisquam videatur, niſi quem aut aliquot minuta duntaxat, aut horæ quadrantem, quod frequenter; aut ſemihoram, quod rarius; aut horam, quod rariſſime, merſerat unda: ſi præterea in vitam demerſi non redeant, niſi quibus, mox a flumine exceptis, auxiliatrix fuerit adhibita manus: ſi denique plerisque non niſi plurium horarum labore ſalus redierit:

dierit:

dierit: quo demum pacto velint hi, ut ſi vel per horas diesve corpora humi jacuerint, antequam deferantur ad nos, aut ne minimo quidem auxilio, aut ſeriore tantummodo, exiguoque præſtito; vel ſi primo tentamine fruſtrato, omnis abjecta ſpes, omniſque projectus labor fuerit; quo, inquam, jure ea reſuſcitari in Noſocomio velint? culpa profecto eorum eſt, quorum fuiſſet ſupremis parere mandatis, & educto protinus de flumine corpori, tempore modoque idoneis, afferre præſidia; opus tunc non habuiſſent, ut *Viennam* conferrent exanime corpus.

At vero navatis interim, inquiunt, ſtrenuam horarum plurium operam; corpora delata itaque exanimia non cenſetis: vitæ adeſſe ſcintillam ni ſupponeretis, fruſtraneo parceretis labori. Cum nunc neminem reſuſcitaveritis hucusque, jure, an injuria, etiam noſtra inania conamina fore concludamus?

Non

Non attendunt, qui talia fantur, quid toties olim ad ejusmodi ineptias reſponderim. Quamvis paſſim haud alii revocentur in vitam, quam quibus & protinus, & perſeveranter, fuerit admota manus; quia tamen ultima reſtituendi meta necdum demonſtrata eſt, & hiſtoriæne, an fabulæ? extant, quæ poſt horas diesque ſubmerſionis auxilia & ſerotina, & levia, vitam reſuſcitaſſe memorant, inſtitutum noſocomii eſt etiam attingere deſperatos; ut num inter centenos forte vel unicus exiſteret, qui hujusmodi mirandis hiſtoriis apponeret ſigillum veri, conſtaret.

Neque etiam attendunt ad plura in noſtris contenta relationibus, quibus convicti eſſe debuiſſent dudum, vitam ad omnem induſtriam hominum reſtitui ceptam, demum in noſocomio multo cum labore ad ſuum cum augmentum tum ſtabilimentum, feliciter ductam fuiſſe;

ut

ut vel hinc inutilem omnem noſtrum laborem fuiſſe injurioſe negent.

Tandem haud attendunt iidem ejusmodi corpora, tentatis incaſſum auxiliis, alios in fines exenterari a nobis, quærique in illis verum cauſæ mortis intellectum, quo rectius forte opitulari poſſemus Demerſis; peti etiam ex iisdem quæſtionum Medico-legalium ſolutionem; naturas aliorum morborum, & ſic porro, ut brevi patebit.

Cum jam ſuſpenſorum hominum eadem ſit, quæ demerſorum ratio, in repentino auxilio conferendo; nosque nihilominus iis, eodem modo neglectis, manum admoveamus, etſi vix ſpecula ſuperſit; ſciant hi nos iisdem de cauſis, quibus ſubmerſorum, etiam ſuſpenſorum corpora attingere.

Redeo itaque ad priora mea monita & conſilia, ut demerſis, ſuſpenſisque, præceps admoveatur conſtansque auxilium;

um; eaque nova obſervatione confirmabo.

Auguſti die nono Anni 1772. trium cum dimidio annorum puer, ludens cum ſociis, præceps in *Viennam* labitur ad 5. pomeridianam horam, rapidoque flumine ducentorum circiter paſſuum longitudine vectus, ad quendam inibi palum ſiſtebatur. Monachus reverendus accurrens, eum flumine feſtinanter eripuit, capite humili, pedibusque ſublimibus, validiſſime ſuccutiit, quatefecit, parentumque curavit in ædes referri. Hi actutum nares, & cordis regionem, calente aceto fricantes, redeuntem percepere & calorem & cordis motum. Porro hæc illi, interea dum Chirurgus expectaretur: accedens tunc ille, turbamque hominum circa puerum occupatam cernens, abivit. Inde hi ſpiritum Meliſſæ, vinumque calidum puero in os ingeſſerunt; excitatam autem vitæ ſcintillam convulſio extinxit.

Hunc

Hunc caſum non minus inter fortunatos numerandum eſſe, quam inter infortunatos, intelligit facile quisque per ſe. Reverendi viri, atque parentum ſollicitudine, ſuffocata vita animari manifeſto viſa eſt; mors autem convulſiva imputanda Chirurgo eſt, qui nec Venam tutudit, nec reliqua auxilia ipſi apprime nota, admovit. Profecto eſt nunc in tanta luce collocata res, ut quisque eum homicidii reum exiſtimare debeat, qui impoſitæ cunctis legi non pareat. Et bene qui paruerint, conſulent ſibi. Ex laudatiſſimo enim Principum, atque Magiſtratuum, ad hoc opus perficiendum ſtudio, & labore, brevi fore auguror, ut qui huic Religionis humanitatisque officio defuerint, quorumque turba multa eſt, ſevere puniantur: & ſi de ipſis non liceat dicere: *Oderunt peccare boni virtutis amore*, dicatur ſaltem: *oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

Si

Si vigeſies, ſi octuageſies ſpe fruſtrarentur, ſi ex centum duos tresve certo alias morituros, duntaxat ſervarent, nonne locupletiſſimam laboris haberent mercedem? imo ſi vitam eo uſque animarent tantum, ut homo tempus nanciſceretur ſe cum Deo reconciliandi, an hoc ſolum non deberet ineffabili gaudio ipſis eſſe? Porro ut exemplo id capiant, internectam hiſtoriam, quæ cum ſcripto toto hoc opere demum contigerit, nullibi appoſitius, quam hic, inſerere poſſum.

Hoc ipſo, quem vivimus, anno Julii 4. die, vir atrabiliarius per intervalla ſive delirus, ſive ſemimaniacus, ſemet veſpere in profundioris *Viennæ* plagam præcipitat, luctansque cum undis a tranſeunte homine conſpectus, ab illo, aliisque tranſeuntibus, unco oblongo in ripam trahitur, nulla ultra exhibens vitæ ſigna. Hominem tamen diligenter palpant, fricant, ac pedibus ſublatis puatefaciunt ſic, ut li-

libra non minus aquæ vomitum ab eo fuiſſe teſtentur. Quo viſo eum protinus curant in Noſocomium practicum deferri. In eoque poſt multa noſtra molimina tuſſis excitata fuit, & alvi copioſus fluor. Continuato autem labore rigoratum ac glaciale corpus primum recaleſcere cepit, dein ſudore leni madere, per intervalla obdormire, voceque eousque privus homo, intelligentiam annuendo abnuendoque teſtari. Vox demum rediit, impoſſibilisque fere hactenus Deglutitio: ſic ut 17. a Submerſione hora alimenta atque medicamenta commode deglutiret. Ad prima quidem molimina noſtra, cum vitæ quædam ſigna adeſſent, Sacræ Unctionis Sacramento eum muniri curaveramus; ad redditam vero & intelligentiam mentis, & vocem, reliqua ſacratiſſima animi præſidia ipſi conferri omnis noſtra ſollicitudo fuit. Spem tamen integri in vitam reditus vehementiſſima ob-

orta

orta Peripneumonia eluſit, quæ cunctis auxiliis immorigera, hominem ad 38$^{vam.}$ a ſubmerſione horam ſuſtulit.

Transactis 19. a morte horis, Cadaver in pleno cum Medicorum, tum Studioſorum, conventu luſtravi. Aperto primum Thorace, Pulmo lævus, lobo ſuperiore purulentum tuberculum recondens, cum Pleura nonnihil; dexter vero totus & cum hacce, & cum Mediastino, Septoque medio, vinculis omnino latis coivit, craſſisque iisdem, fortibus, ac vaſculoſis. Uterque autem ſuperficie anteriore ruber, laterali purpuraſcens, dorſali tota nigerrimus. Neque in Trachæa, neque in Bronchiis, vel minimum aut ſpumæ inerat, aut aquæ; Lobi vero in taleolas tranſciſſi plurimum ſanguinis, ac nonnihil ſpumoſi liquoris, compreſſi adhuc copioſius, fuderunt. Aperti cordis ventriculi valido reperiebantur flavoque Polypo repleti, ipſi vero præ In-

flammationis intenſitate vehementer rubebant, quemadmodum et tota Trachæa, Pulmonalis arteria, Aorta, lateris utriusque Pleura, Pericardium, Pleuræque Diaphragma tam qua muſculoſum, quam qua tendinoſum, ſuccingentis portio, Renesque. Inteſtina bona; ita ut ter injectus Fumus Tabaci nihil prorſum nocuerit illis. Jecur albeſcens, perque omnia durum. Bilis in veſicula ampliſſima erat abundans, atra quidem, verum diluta potius, quam, ut ceterum in Atrabiliariis eſt, ſpiſſa, aut, ut ajunt, picea. Primam inter alteramque dextri lateris ſuperioris coſtam Muſculus intercoſtalis, una cum ea, qua cum ſuperſcandentibus muſculis connectitur, celluloſitate, profundiſſime per omnem ſuam carnem inflammatus. Sine externis ſignis cujusquam contuſionis haud modica Pericranii portio rubicunda fuit. Dura Mater bona: Pia ſolito rubicundior, potiſſimum vero

in

in poſteriore dextri Hemiſphærii lobo. In Sinu longitudinali polypus flavus. Ventriculi naturales, Sinusque. Glandula Pinealis ex pluribus indureſcentibus corpuſculis conſtabat. Igitur poſt Libras medicas ſanguinis quinque, ſex Phlebotomiis homini detractas, tanta adhuc inventa fuit ejusdem in corpore copia, ut univerſalis propemodum inflammatio conſpiceretur in denato; eandemque obſervationem multa nobis ſuppeditarunt cadavera.

En denuo Submerſi hiſtoriam, qua 1mo. conſtat frictione, corporisque inverſi quatefactione, vitæ mortem ſimilantis ſcintillas jam ad fluvii amnem emicuiſſe. 2do. Hanc vitam noſtro excitatam valde fuiſſe labore. 3^tio. Itaque Submerſos ad auxilia matura, conſtantiaque, ut ut vita penitus extincta eſſe videatur, reſucitari perſæpe poſſe. 4to. Haud raro autem contingere, ut nobiliores in corpore par-

tes tanta ſive Inflammatione, ſive Convulſione, ſive Defectione afficiantur, ut aut Apoplexia, Peripneumoniave, aut Epilepſia, aut Syncope, intereant; quorum ſingulorum ex variis Autoribus plura exempla *Tomo XIV. Cap. III. pag. 262. 263.* excitavi: ſin vero non moriantur, eosdem aliquando in morbos ſeu acutos, ſeu lentos, non raro graviſſimos, difficulterque curandos, incidere; quorum exempla, loco mox laudato, eaque ex propriis Noſocomii obſervatis, protuli. 5to. Etiamſi nonnulli illorum, quorum vita videatur reſuſcitata fuiſſe, poſtliminio pereant, nihilo ſecius & laudandos, & divina Lege imperatos eſſe revocandæ vitæ latentis conatus: cum quemadmodum ipſo eo XIV. Tomo retuli, in *actis N. C.* in iis *Amſtelodamenſium*, tandemque in hoc poſtremo viro, eousque vita ſæpius per admota Artis præſidia revocata fuerit, ut ſincera pecca-

catorum Confeſſione, eorumdem Abſolutione, & Sacra Synaxi, ſe convenienter parare ad beatam æternitatem potuerint; quo ſummo beneficio deſidibus ſpectatoribus privati fuiſſent. 6to. Hauſtam Pulmonibus aquam pro maxima parte reſorptam fuiſſe.

Interim dum de auxilio præſtando Submerſis ſermo fit, ex ſupremæ Poteſtatis Decreto, meisque variis ſcriptis, liquere manifeſto ſingulis arbitror, & ad ſuſpenſos idem officium peti, & ad illos, quos aut Vini Cereviſiæque fermentantis exhalatio, aut carbonum vapor, aut clauſorum diu puteorum halitus, e vivis videatur ſuſtuliſſe. Supereſt unicum tamen, de quo debuiſſem maturius monere plebem, cujusque eam nunc, defectum meum correcturus, monebo.

§. IV. Infantum recens natorum ſimulatam mortem volo; quibus ſi debitam tulerimus opem, vitam profecto non pau-

cis rediiſſe lætabimur. Cunctorum Obſtetricantium libri ſi fortunatis exemplis abundant, multo magis, ſi plura auxilia nunc, eaque diuturniora, iisdem admoveantur, abundabunt. Præivit laudabiliſſimo exemplo egregius in *Palatinatu* Embriulcus, qui nona proxime elapſi *Aprilis* in oppido, aut pago, *Lamperthim*, infantem, quem poſt uterinam 14. dierum hæmorrhagiam vertendo eduxerat, mortuumque crediderat, quia tamen ex repletis funiculi vaſis nondum exſanguem eſſe concludebat, in vitam plane reſtituit; tanta quidem cum patientia, atque ſedulitate, ut poſtquam infanti, in tepido balneo vinoſo hærenti, ſuum exſpiratum aëra caute inſpiraſſet, frictuque ventrali artificialem reſpirationem creaſſet, primordia demum vitæ, poſt quadraginta minutorum laborem advertere ceperit, ac integram vitam brevi renatam gaviſus ſit. Conamina fiunt fateor, vario

ob-

obſtetricum artificio, aërisque inſpiratu, ſed vel non clauſis naribus, aër ore inſpiratus, naribus exſpiratur; vel poſt aliquot inſpirationes, frictionesque fruſtraneas, cito deſperatur. Si *Palatinus Obſtetricans* poſt inanes quadrantis horæ inſpiratus, ſi poſt mediam horam, ſi poſt mediam horam mediumque quadrantem horæ defeciſſet, mortuum eſſe infantem & ille, & reliqui, crediſſent, mortuusque manſiſſet infans, quem nunc vivum ſalutavit laboris conſtantia. Utinam quæque Obſtetrix, plebsque univerſa, de utilitate hujus experimenti convicta, nullam unquam negligeret ejus faciundi occaſionem! Utinam demum non modo in hiſce infantibus, ſed etiam in Submerſis, in Suſpenſis, inque Suffocatis, quid ab homine ſingulo divina, quid politica Lex, quid proximi exigat amor; quamque reum coram divino TRIBUNALI hominem hujus neglectus ſiſtat; Omnes verbi divini Præ-

cones frequenti urgenteque ſermone, tam ex ſuggeſtu, quam oſtiatim, Parochianis inculcarent! Non eſt quod dubitemus, quin mota convictaque populi conſcientia, cunctis hiſce miſeris efficacius conſuleretur.

Profecto hi ſi in via deficientem fame hominem offenderent, qua animi commiſeratione non convolarent, hanc extinctam pene vitam conſervaturi? Quod ſi quis illorum aptum in penu gerens cibum, porrigere illum deficienti præfracte negaret, quam hujus deteſtarentur crudelitatem! Quam indignabundi hoc ab illo non extorquerent alimentum! Hocque hominis ſimulacrum, quamdiu feram animam traheret, propalam diffamarent! Se porro ſerio reſpiciant, ſitos ad fluminis amnem, dum recens ex eodem educitur Submerſus: auxilia præſto habent, quæ ſi adhibere recuſant, æquant profecto, ſi non ſuperent, illius qui cibum habe-

habebat, & negabat, immanitatem; neque homicidii crimine ſe minus eo fœdant. *Non paviſtis*, inquiebat *B. Cyprianus* divitibus, qui in annonæ caritate non ſubvenerant indigentibus, *non paviſtis: occidiſtis.* Jure illis dicere poſſumus: *Non juviſtis: occidiſtis.* Merito in Sacerdotem atque Levitam invehuntur, qui ſauciatum in via *Jerichontina* hominem, quantum ipſorum fuit, prætereundo occiderunt; ſummoque, qui ſemimortuum curaverit Samaritanum, proſequuntur amore: abeſſe utique non poſſunt, quin ſeſe, demerſum prætergreſſos, & inhumano Sacerdoti, & barbaro Levitæ, conſimiles eſſe cum fateantur, tum erubeſcant.

Monui mox lubenter nos Submerſorum, Suſpenſorumque corpora in Noſocom ium admittere, quod, irrito revocand æ vitæ labore, gravium aliarum quæſtionum ſolutionem, morborumque

minus cognitorum notitiem, quæramus: ad has ambas nos in ſequentibus Capitulis accingemus.

CAPUT II.

An in Criminalibus certiſſima ſigna extent, quibus inſtructus Magiſtratus infallibiliter diſcernat, ſit ne quis vivus, an mortuus, in flumen præcipitatus.

Regula certo diſtinguendi ea creditur eſſe ſpumæ craſſæ, flavæ ſubinde, atque tenacis, copia major minorve in Animalium repertæ pulmonibus, quæ viva aut ipſa ſeſe, aut alii, præcipitia in undas dederunt. Rejicere hanc regulam cogimur propter experimentorum contrariorum evidentiam; quæ cum 1mo. ex eorum Anatome petita ſint, qui vivi eſſent ſubmerſi; 2do. ex eorum

Ana-

Anatome, qui poſt mortem eſſent in undam præcipitati; 3$^{tio.}$ ex Anatome hominum, qui quolibet communi Mortalibus morbo vitam cum morte commutarunt; operæ pretium erit hoc caput in totidem ſectiones dividere, quæ ſingulæ ſingulorum Anatomen tradant.

CAPITIS SECUNDI

SECTIO PRIMA.

§. I. *Laus Tractatus de hac quæſtione editi* Lugduni Gallorum. *Cauſa memorabilis, ob quam editus fuerit.* §. II. *Aſſertio autem, hujus Tractatus baſis, oſtenditur experimentis necdum ſufficientibus inniti: Numeroſa experimenta nos fallunt, ubi opus numeroſiſſimis eſt; imo aliquando ne tunc quidem veritatem propalant. Textus* Salomonis *huc facientes. Defectum laudati Tractatus conabitur ſuis ſupplere experimentis Autor, ea ſpe,*

ſo-

fore ut defectus utriusque ſuppleant alii. Cur non contractas hic, ſed integras Hiſtorias Anatomes dederit Autor? §. III. Exempla *deficientis liquidi ſpumoſi in* Pulmone Demerſorum. *Vindiciæ Autorum, qui in Demerſorum pulmone hanc aquam negarunt: qua tamen in re peccarunt? An Corporis inverſi ſuccuſſio aquam omnem excutere de Pulmonibus poſſit? Negatur.* §. IV. *Juvencula* Lugdunenſis *mori a ſubmerſione & citra inventam hanc aquam potuit, & ſimul a ſpasmo Tracheæ ſtrangulatione.* §. V. *Aqua poteſt pulmonem non ſubiiſſe videri, & revera tamen, indubitatoque, ſubiiſſe.*

§. I.

Tractatus eruditus, numeroſisque experimentis dives, nuper *Lugduni Gallorum* prodiit, cui Titulus: *Experimenta & Obſervata de mortis in Demerſis, nec non comitum ſymptomatum, cauſa: inſtituta coram Deputatis Scholæ Regiæ Lugdunenſis,*

nenſis, ad Brutorum Medicinam erectæ, Deputatorum eorundem teſtimonio confirmata, & ab Academia Regia Chir. laudata: Autoribus D. D. Champeaux, & Faiſſole. Germanico idiomate an. 1772. *Dantiſci* prodiit. Occaſionem dedit *Lugdunenſis* Puella *Claudina Rouge*, quæ die 25. *Junii* 1767. *hora* 9. *veſp.* Felem ſuam quæſitura, paternis ædibus exeuns, nunquam redierat. Die 30. Junii *Rhodanus* ad ſuam ripam, 18. ab urbe *Lugduno* Lapide, ſubmerſum corpus depoſuit, quod a parentibus neceſſariisque *Claudinæ*, eo ad rumorem convolantibus, toto habitu, veſtibusque, illius eſſe corpus ſine ulla hæſitatione affirmabatur. Judicis loci juſſu Chirurgus legalem jubetur facere Anatomen, qui in ſua ad judicem relatione ſuſtinuit non ſubmerſione, ſed violento laqueo, ſtrangulatam *Claudinam*, dein præcipitem datam in *Rhodanum* fuiſſe, eo quod laquei ſignum, ſtriam rubeſcentem circum collum, conſpi-

ſpicere ſibi viſus eſſet. Corpus dein ſepultum fuit.

Lugdunenſis Prætor vigilantiſſimus miſit duos celebres urbis Chirurgos, eos ſcilicet, qui Diſſertationem hanc conſcripſerunt, ut effodi ſepulchro cadaver curarent, deque viſis repertisque referrent. Hoc fecere 10. Julii. Clari hi Viri, cum putredo totum corpus externum deturpaſſet, externa quidem mortis violentæ ſigna, quæ ante 10. dies Chirurgus loci cum teſtibus ſe vidiſſe teſtatus erat, ſe nulla quidem deprehendiſſe declararunt, at vero cum Encephali vaſa valde turgida ſanguine, & Pulmones citra vel minimum aquæ in ſe incluſum, indigeſtamque cœnam in ventriculo reperiiſſent, cenſuerunt *Claudinam Rouge* brevi poſt cœnam violenta morte, (& ut poſtea cenſuerunt) ſtrangulatione, peremptam, in *Rhodanum* præcipitatam eſſe. Haud impiger ad hæcce Judex, quandam

fe-

fœminam, & ancillam, nec non Fratres *Perra* vocatos, ſtupri ſuſpicione in Carcerem conjecit. Scriptitatum mox adverſus noſtrorum Chirurgorum ſententiam fuit, cum a Jurisconſulto, captivorum patrono, tum etiam ab aliis Medicis & Chirurgis. Acriter nervoſeque defendere duo illi viri ſuam ſententiam, atque ad eandem ſtatuminandam ſedulitate, patientiaque tanta, experimenta in Canibus vario, ac multiplici artificio cum Submerſis, tum Suſpenſis fecerunt, ut negotium totum ſe confeciſſe crediderint, ac citra hæſitationem aſſeruerint: 1mo. Submerſos mori ab aqua inſpirata, ſpumoſa facta ex ſua cum aëre, & tranſſudante pulmonum muco, commiſtione; ſuaque mole ſic aëreum pulmonum ſpatium univerſum implente, & extendente, ut tranſitus ſanguinis per eosdem penitus ſiſtatur. 2do. Deficiente in Demerſis hac aquea ſpuma pulmonis, certo id concludi opor-

oportere, quod mortui aliunde, in aquam projecti fuerint. Adeoque *Claudinam*, hac aqua ſpumoſa in pulmone carentem, mortuam fuiſſe priusquam *Rhodani* incola fieret. 3$^{tio.}$ Suſpenſorum mortem apoplecticam eſſe, ut encephali eorundem docuiſſent infartus; apoplectica autem morte puellam periiſſe, eo quod & ejusmodi infartum vaſorum caput haberet, & quod præterea non illi, ſed qui decem antea elapſis diebus Cadaveris inſpectionem Judici retuliſſet Chirurgus, veſtigia laquei circum collum, & linguam ad duos digitos latos extra labia exſertam, deprehendiſſet. 4$^{to.}$ Nunquam ſuſpenſos gerere hanc ſpumoſam in pulmonibus aquam. 5$^{to.}$ Submerſos nunquam linguam extra os prolatam habere, nec omnes Suſpenſos; ſed illos ſolos, quos laqueus infra cartilaginem ſcutiformem ſtrinxerit. 6$^{to.}$ Partes corporis, ut brachia, femora, collum, a morte fortiter

con-

conſtrictas, veſtigium quidem ſervare preſſionis, haud vero ullum aut excipere, aut relinquere eodem in loco ruborem: hunc impreſſionis ruborem in *Lugdunenſis* Juvenculæ ſexta a ſubmerſione die adhuc perſtitiſſe, & illatæ per ſtrangulationem mortis teſtem irrefragabilem eſſe.

§. II. Si omnia hæc ſic ſe haberent, ut hi, quos veneror, Viri cenſuerunt, opem multam eamque laudabilem Foro juris contuliſſent, multaque dubia ictu citius inter Medicos & Juriſconſultos diſpuliſſent. At vero priusquam hæc in leges artis cudantur; (quo enim alio horum Autorum, Cenſorumque, conamina tendant?) dabo hic experimentorum meorum plura, quæ cum illorum experimentis collata, & ſinceriſſime comparata, forſan hanc illis, quam olim mihi, confeſſionem extorquebunt, quod concluſio ex experimentorum numero

inſufficiente petita, propriæ famæ inimica, Arti noſtræ noxia, ac Veritati odioſa ſit. Inſufficientiane dixero quæ numeroſa ediderunt, quæ laborioſa repetiverunt, quæ idem perpetuo clamantia notaverunt, experimenta? Niſi, ut in multis aliis difficilioribus negotiis, ita & in hocce, poſt numeroſiora ſane experimenta, quam clari hi Viri fecerunt, proprios detexiſſem errores, ex necdum ſat numeroſis experimentis natos, monere erroris illos non auderem; jam vero dum de re ſumni momenti agatur, audeo, debeoque. Autoritate *Plateri*, *Wepferi*, *Walſchmidii*, *Beckeri*, *Dethardingii*, *Senaci*, quanta in hac quæſtione nomina! evidentia quoque experimentorum, ſemel in ſubmerſo homine, decies ac nonies in ſubmerſis canibus factorum fretus, audax cenſui ita carere deglutita aqua ventriculos Submerſorum, ut qui ultra id affirmarent, ne audiendi quidem

ſo-

forent. Interim occiſorum hunc in finem Canum meorum trigeſimus ſeptimus, trigeſimus octavus, & omnium maxime quadrageſimus, atram in qua Submerſi fuerant, aquam ventriculo eorundem hauſtam eſſe monſtrabant. Centena mea forte ad naturam ſanguinis, atque urinarum, indagandam experimenta, videbantur mihi ad Concluſionem irrefragabilem pluries duxiſſe; at vero quotiesne palinodiam canere nova me experimenta compulerunt? ſic nobiscum, in Re Phyſica limitatiſſimis, comparatum eſt. *Cunctæ res difficiles, non poteſt eas homo explicare Sermone.* Eccl. 1. *Vidi afflictionem quam dedit DEUS filiis hominum ut diſtendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorum, ut non inveniat homo opus, quod operatus eſt DEUS, ab initio usque ad finem.* Cap. III. *Et intellexi quod omnium operum DEI nullam poſſit homo invenire rationem, eorum quæ*

fiunt ſub ſole; & quanto plus laboraverit ad quærendum, tanto minus inveniat. Etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire. Cap. VIII.

Interim cum Medici, atque Chirurgi, in Operum DEI contemplatione perpetuo verſentur, eorundemque cognitionem in uſus convertere humanos obligentur, reperiunt ſe ſe in eorundem operum perquiſitione neceſſitate inevitabili perpetuo innexos; Philoſophiæ autem, ac Medicinæ omnium ſæculorum erroribus, jugiter monentur, ne quidquam in humanos uſus concludant unquam, niſi experimenta, a centenis centies repetita, idem perpetuo clamitent. Hinc quæ amicorum Gallorum experimentis deſunt, meis ſupplebo, brevi & illorum, & meorum ingentes hinc inde hiatus amici alii explebunt, præproperas delebunt concluſiones, ſerique demum opus non perficient,

ficient, ſed emendabunt, augebuntque, Nepotes.

In referendis porro meis experimentis Lectorum haud paucis diſplicebo, cum non ea modo enarraturus ſim, quæ directe ad rem pertineant, verum hiſtoriam ſingulorum totam, cum univerſa anatome, ſim traditurus. Conſiderent autem hi duplici de cauſa me ad hoc cogi; primo ut prævertam omnes cavillationes, atque ſubterfugia, quæ ad plauſibilem difficultatum explicationem qualemcunque, conjecturalem plane, atque illegitimam, quæri poſſent, ſi integra ſingulorum hiſtoria deſideraretur. Secundo, ex varietate phænomenon, quæ noſtra experimenta hucusque habent, conabor peculiari capite morbum quempiam, eumque notabilem quidem, atque frequentem, obſcuriorem tamen, & multis ignotum, ſic illuſtrare; ut ex incertis certa, quód paradoxon, eruantur. Hinc forent ſingu-

læ hoc capite traditæ hiſtoriæ magnam partem de integro in altero capite repetendæ; quod cum Lectoribus oneroſum atque tedioſum foret, malui ad ſemel traditas in hoc capite enarrationes integras referre, quam easdem in futuram morbi cujusdam elucidationem remittere: quibus interim omnis illa diſplicet enarratio, legant modo illi, quæ literis italicis exarata, filum hiſtoriæ continuatum dabunt.

§. III. Puerum cujus hiſtoriam Cap. 1. §. IV. dedi, poſt conſuetos reſtituendi labores incaſſum admotos, aperui horis 25 a ſubmerſione elapſis. Dura mater omnino naturalis; pia non nihil rubicunda: ventriculi vacui omnes; plexus autem choroidei ſolito turgidiores. In finibus lateralibus ſanguis admodum paucus. Motu ſectionis, & agitationis abdominis, liquidi quid ore profiliit; quale quid etiam in vitæ revocandæ tentamine obſervatum fuerat, non modo hic, ſed in plerisque

que ejusmodi factis tam in Bruto quam in homine tentaminibus. Colon valde, inteſtina tenuia leviter, rubicunda. Ab aëre ſolo valde turgebat ventriculus. *Nec in aſpera Arteria primum firmiter conſtricta, ne quid efflueret, neque in Bronchiis ulla ſpuma; imo ne perſciſſi quidem Pulmones, multumque compreſſi, vel minimum ſpumoſi fudere liquoris.* Vacuus cordis Thalamus uterque. Aorta ad cor vacua. Parum ſanguinis in vena cava. Ter venæ ſectionem inter reſuſcitandi labores tentantes, vix unicam ſanguinis unciam colligere potueramus, poſtmodum autem ex ſingula fluxerat corpore agitato apertura, tenuis atro-ruber, nec vel minimum, etſi diutius repoſitus, concreſcens. *Tom. I. Rat. med. cont. part. 2. pag. 67. duobus in canibus aqua ſubmerſis; & maxime pag. 128. & 129. in tertio cane, aquam ſpumoſam vix habuit Pulmo.* Inde capimus egregios Viros, aliquos, qui

aquam ſubire pulmonem in Demerſis negarunt, in cadavera ſimilia incidiſſe, quæ huic puero, quæ hisce conſimilia fuere brutis. Unde liquet non eſſe, qui hoc negarint, aut negligentiæ, aut malitiæ, inſimulandos; præcipitantiæ tamen taxandos eſſe, quod ex una alterave Anatome id concluſerint, quod pluribus primum experimentis fuiſſet explorandum.

Quæret forſan aliquis, cum puer hic a Reverendo Monacho pedibus in altum ſublatis, ac declivi capite quatefactus ſit, an non aqua delabi ſic e pulmone potuerit, ut in Anatome is ea orbus apparuerit; & an non propterea hoc exemplum male affertur, ad improbandam ſententiam de Submerſorum morte, ab aqua pulmones ingreſſa?

Non putem: primo, Vir Reverendus teſtatur ſe non vidiſſe hac corporis ſucuſſione aquam ori naribusque prodiiſſe.

Secun-

Secundo, Canes non paucos eodem modo ſuccuſſimus, aquam ipſam ore elabi vidimus, & nihilominus ſpumoſa aqua ſcatere conſpeximus Pulmonem; unde aquam hanc aut gulæ, aut ventriculo, aut utrisque, profluxiſſe cenſeo. Tertio aqua ſpumoſa ſi inverſi corporis ſuccuſſu eliminari potuiſſet, multo id facilius copioſiusque per noſtras preſſiones cum variatas, tum diuturnas, univerſi Thoracis contigiſſet. Sed his ipſis compreſſionibus ore & naribus aliquando ſpumoſum liquidum expreſſimus, & nihilominus penetratos aqua invenimus pulmones: penitus ſe inſinuaſſe aquam, & intimius ſe commiſcuiſſe cum mucoſa, atque tenaci viſceris materia, quam ut per hos motus omnes eliminaretur cenſemus: quod jam dudum obſervavit eximius *Tyſſot* in libro dicto: *Avis au peuple pour ſa ſanté.* Unde quoque in *Lugdunenſi tractatu pag. 244.* aſſeritur „ hoc ſpumoſum liquidum nulli defuiſſe

„ Submerſorum Pulmoni, ſive protinus
„ ſive poſt diuturnam putrefactionem
„ animalium, examinaretur: imo ne poſt
„ diu Suſpenſos quidem humili capite ca-
„ nes, neque in pulmonibus Submerſo-
„ rum transſciſſis diuque aëri expoſitis,
„ unquam hanc ſpumoſam aquam de-
„ fuiſſe.

§. IV. Exempla igitur adſunt deficientis in Submerſorum pulmone ſpumoſæ Lymphæ, qui nihilominus, hac deficiente, ſubmerſione ſola perierunt. Potuit *Lugdunenſis* Juvencula horum e numero fuiſſe, adeoque ſola ſubmerſione periiſſe: periiſſe autem in aqua non Submerſorum, ſed Strangulatorum more; ſpaſmus enim, ſive terrore, ſive undarum frigore natus, glottidemque claudens, funis vice perimere Submerſos poteſt.

§. V. Sed longe mirabiliora vidimus. *Tom. I. Rat. Med. cont. part. 2. a pag. 127. ad 129.* Spuma aquoſa deerat

canis

canis noſtri XXXVIII. pulmoni, eundem ſubierat tamen. Copioſa atramenti fœce aqua ſordeſcens, relictis in tota aërea viſceris ſuperficie grumis craſſis, copioſisque, procul dubio in ſemimortuo animali abſorpta fuit in vaſa ſanguinea: ſic ut perſciſſo in lamellas pulmone, hujus ſeri ſpumoſi exprimi nihil omnino potuerit.

Itaque cum ex *ſſ. II. & III.* conſtet & homines beſtiasque ſubmerſione perire aliquando, non inventa pulmonis aqua, & aquam ſubire pulmonem poſſe, citra ejusdem a morte præſentiam; evidens fit generaliorem debito ſententiam de abſoluta neceſſitate aquæ, Submerſorum pulmonem replentis, Magiſtratibus in alias mortis cauſas inquirendi fruſtraneum faceſſere negotium poſſe.

CAPI-

CAPITIS SECUNDI

SECTIO ALTERA.

Anatome Corporum laqueo ſtrangulatorum, quorum varia dedit Phænomena Anatome, variumque Experimentorum effectum.

§. I. *Experimentum primum hominis laqueo ſuſpenſi deinde in aquam præcipitati, cujus Pulmo nullum liquidum ſpumoſum habuit.* § II. *Experimentum alterum quod aquam hanc ſpumoſam præſentem ſiſtit.* §. III. *Tertium experimentum ſecundo ſimile.* §. IV. *Ut & experimentum quartum.* §. V. *In experimento quinto, non facta demerſione Strangulati, aqua ſpumoſa deeſt.* §. VI. *Sextum ſimile quinto.* §. VII. *Concluſio ex hiſce experimentis.* §. VIII. *An per tria laqueo ſuffocatorum experimenta id*

con-

conficere quis poſſit, quod ſpuma careat Pulmo horum? negatur per experimenta aliorum.

§. I. Priore ſectione conſtitit in eorum Pulmone, qui vivi merſi fuerant, aliquando aquam defuiſſe, adeoque limitandam eſſe famoſam, circa quam verſamur, opinionem: hac ſectione alteram ejusdem opinionis partem, quæ in nullius, poſt mortem in aquam jacti, Pulmone aquam ſpumoſam reperiri poſſe ſtatuat, plurimum limitabit Anatome.

In quodam ſuburbio homo quadragenarius, duro labore victum quæritans, toroſus, taciturnus, jam ob panaritium domi reſidere coactus, poſtquam hora ſemiprima optime comediſſet, ſapientemque miſcuiſſet cum ancilla ſermonem, elapſis abinde hora, & horæ quadrante, laqueo ſuſpenſus invenitur. Accurrunt ad ancillæ clamorem quotquot in ædibus erant, ſed relinquunt ſuſpenſum.

Chi-

Chirurgi famuli, abſente magiſtro, vocati, ſpectaculum vident, abeuntque. Tandem ad horam pomeridianam quartam vice-judex cum Chirurgis accedens, curat corpus laqueo ſolvi. Inanem fore hi in obrigeſcente jam corpore laborem, quem lex jubet, arbitrati, illud in Noſocomium practicum, ut reſuſcitetur, conferri curant, horis forte quinque a ſuſpenſione elapſis.

Collum veſtigia geſſit pollicem lata loramenti coriacei rigidi, quo ſe deſperabundus ſuſpenderat, & quod craſſa fibula ad occiput nexerat. Loramentum ſub cartilagine Cricoidea principium compreſſerat Tracheæ. Ruberrima erat tota, quam ſtrinxerat, pars colli anterior, pollicem lata. Lingua non exſerta. Os firmiſſime clauſum. Valde magna & dura glandula Thymus.

Quamvis hic nihil ſpei ſupereſſe videretur, tamen, neſcii quid præter expe-

ctatio-

ctationem contingere nonnunquam poſſet, ea quæ tentata a nemine fuerant, tentare apud animum ſtatuimus, & integro trihorio conſuetos noſtros, prioribus Tomis recenſitos, adhibuimus fruſtra conatus. Cadaver per noctem frigida in cavea repoſitum fuit, ſequenti mane in Noſocomium relatum, ibique in paratum ad id Balinei inſtrumentum præcipitatum, ſic, ut bihorio in aqua ſubmergeretur; abſterſum deinde coram ſummi Prætoris Delegatis, diſcipulorumque compluribus, apertum fuit, a capite initio facto.

Utraque Meninx ſanguine infarta, copioſusque ſanguis inter utramque effuſus, tenuis, niger, idque ubique quidem, potiſſimum autem ad lobum poſteriorem dextrum. Fere vacui Ventriculi cerebri omnes. Vix in ſinu longitudinali, vix in ſinibus occipitalibus, lateralibusque, ſanguis fuit.

Ne-

Neque collapſi Pulmones fuere, neque multum tumidi, colore autem purpurei Peripneumonicorum more. Ligata a principio Trachæa, ne quid efflueret, nihil in ea, nihilque in Pulmone, ſpumoſæ materiæ. Parum utroque in corde ſanguinis. Sed hic, & omnis ille, qui ex majoribus vaſis collectus, & in Linteaminibus ex Venis tunſis defluus, nec non ille qui ex vena ſecta fuit in vaſa exceptus, vel hilum conſiſtebat, pultem atram tenuemque referens. Inteſtina omnia ubique purpurea.

Ut Pueri ſubmerſi Anatome adverſa fuit ſententiæ, quam examinamus, defectu ſpumoſæ Pulmonum lymphæ, ita hæc ſuſpenſi per omnia favet, cum pulmonis ſiccitate, tum infarti ſanguine Encephali.

§. II. Octo ab inde transactis diebus, in alio ſuburbio ſe ſuſpendit fœmina craſſa, toroſa, procera, circiter quadrage-

naria, maritata, a novem annis ſeparata, eidem haud ita pridem rejuncta. Male habere ceperat *28. Oct.* ſequenti die pejus. Ex ſuburbio venit in oppoſitam urbis plagam ad Chirurgum venam tundenda, domumque cum Marito redux, impranſa lectum petiit, veſperaſcente die demum exiit, nocte latuit, & rubeſcente aurora laqueo ſuſpenſa inventa eſt ad 6½ horam. Quamdiu pependerat, incertum. Solvebatur laqueo, ſed ſine ulla ope relicta eſt, & Geſtatorio in Noſocomium practicum ad horam decimam illata. Attulere & laqueum nobis; Linteamen ſcilicet longum, quatuor pollices latum, non contortum, non latius tamen quam trium linearum veſtigium relinquens, necans autem, licet genibus fere flexis pendere debuiſſet. Strinxerat collum eo cavo, quod ſupra cartilaginem ſcutiformem eſt. Lingua exerta inter labia prominebat. Molimina noſtra con-

ſueta adhibituri, licet fruſtranea crederemus, pro conſuetudine fuiſſemus, niſi fœdatum cruore corpus delegatos Prætoris expectare ſuaſiſſet, ut iisdem præſentibus examinaretur an non prius vulnerata, ac dein ſuſpenſa fuiſſet. His demum elapſo quadrihorio ſe ſiſtentibus, conſtitit omnem illum ſanguinem ex pertuſa pridie vena profluxiſſe.

Cadaver tunc, quemadmodum prius, aqua ſubmerſi ſeptem minutorum ſpatio, deterſumque cultro ſubjeci, a capite orſus. Oculi necdum corrugati erant, opacari autem modice cepti. Utraque meninx utcumque rubicundior ſolito. In frontis interni dextro Cranium aſperius fuit, & oſſicula duo immerſa in D. M. cum eademque concreta, & in P. M. ſimile oſſiculum eadem in plaga inventum. Nulla ſigna læſionis externa. Ventriculi cerebri ſuperiores nonnihil Lymphæ habuere, vix tertius, nihil quartus.

Ple-

Plexus Choroidei naturales. Modicus admodum in ſinibus lateralibus ſanguis. Neque aut fractæ colli Vertebræ, aut dislocatæ.

Pulmo lævus membranaceis vinculis fortiſſimis cum pleura coivit, pluribus atque latis in plagis, pede autem equino ſuo cum Diaphragmate; dexter autem liber omnino fuit. Ruberrimus uterque, minimeque conſidens. *Tracheæ principium plane vacuum, album. Lobi Pulmonum agitati nihil detumuere, tranſciſſique in tomos ultra quadraginta, tantum ſpumoſæ, ejusque ex rubro albeſcentis, atque tenacis Lymphæ, cum ſponte, tum compreſſi, manarunt, ut nunquam abundantius Demerſorum aut hominum, aut animalium, pulmones fuderint.*

Colon Inteſtinum leviter, Ileum multum, Jejunum plurimum inflammatum, imo præ inflammatione nigrum. In hujus jejuni Inteſtini duobus in locis nidi erant

teretium vermium copioſorum, viventiumque. In altero nido materies glutinoſa, purpureaque inventa eſt, in altero copioſior ex flavo alba. Lumbrici & in Colo.

In ſubmerſi pueri Cadavere *Cap. II. Sect. I. §. III.* nulla ſpuma inventà eſt; in Cadavere viri ſuſpenſi *Cap. II. Sect. II. §. I.* quem mortuum bihorio merſeramus, nulla aqua Pulmones ſubierat. In fœmina hac ultima, poſt laquei ſtrangulationem demerſa per $\frac{1}{8}$ horæ, tantum ſpumoſi liquidi profluvium prodiit ex Pulmone, ut ex iis, quos vivos unda merſit, nunquam abundantius. Nulla ſigna hic Apoplecticæ, ſed vere Peripneumonicæ mortis. Ergo cuncta hic gallorum virorum ſententiæ adverſantur.

§. III. Nuncius cujusdam Civitatis, per octiduum in quodam Diverſorio *Viennenſi* moratus, nunquam niſi ebrius ibidem conſpectus, *die 9. Febr. 1773.*

male

male ſe habere dixit, jacuit in Paleario; die ſequenti, ad 3. matutinam, Aurigis mercatorios ſuos currus ad iter accingentibus, ſe immiſcuit, ſed elapſa vix media exinde hora, de cujusdam currus mercatorii brachio adeo humili ſuſpenſus invenitur, ut digitis pedum humum, genua flexus, contingeret. Depoſito Chirurgus venam confeſtim ſecuit, & corpus gnaviter fricuit. Cura Judicis allatum corpus eſt in Noſocomium hora 6 ½.

Venam ſecuerat Chirurgus, nos illico pariter. Obſervaveramus in Submerſorum Suſpenſorumque plerisque ſanguinem ad factam aperturam pleno jactu protinus proſilire, mox vero penitus quieſcere; idem & hic contigit in altero brachio, inque jugularium utraque: ita ut vix unciam ex omnibus ſimul ſumptis colligere potuerimus, vix dicam ſanguinis, potius aquæ profunde rubræ, nec eo, nec ſequenti die, vel minimum coe-

untis. Reliqua auxilia pro more, uti quoque tria larga fortiaque veſicantia, frictis aceto plagis admota ſunt, & fervens Cataplaſma veſicantibus circumpoſitum, laborioſeque renovatum.

Quo autem ſanguis uberius flueret, magni *Trilleri* exemplo crura in ferventem aquam immitti, alteramque poſt alteram pedum venam tundi curavi: extra aquam vix tantillum, in fervente vero aqua abundantiſſime ſanguis fluxit. Qui pauculus fuerat vaſe exceptus, tenuis ille, nec concreſcens unquam; qui in aqua, ne minimum quidem grumum formaverat, ubi alias ſi v. g. ex brachio profluum cruorem in aquam ferventem exceperis, tenax coagulum vides. Interea dum ſanguis in ferventem aquam de pedum venis fluebat, prorupit pariter de juguli ac brachii utriusque venis, longeque poſtmodum; ſic ut tandem venæ hæ obli-

obligandæ eſſent. Sex horarum impenſa in hoc corpus opera fuit.

Anatome ad 4. pomeridianam, poſtquam corpus fuiſſet per horam ſubmerſum. Duplici fune ſuſpenderat ſe homo, funisque eum locum conſtrinxerat, qui ſupra Thyroideam Cartilaginem eſt, ſic ut os hyoidis & linguæ radicem ad vertebras apprimeret, & Epiglottidem Glottidi fortiter admoveret.

Veſicantia ſeptem horarum ſpatio nihil egerunt. Aperto corpore, attenti notavimus omnem illum, qui tota ſectione effluxit, ſanguinem non niſi rubellum fuiſſe, citra cohæſionem vel minimam, liquorem. Meninges ambæ naturales, adſtabant tamen, qui pluſculo rubere easdem cenſebant. Medulla transſciſſa ſolito pauciora puncta rubra oſtendit. Multus liquor in ventriculo ſuperiore dextro, nullus in ceteris.

Cor dextrum fluidi ſanguinis tantillum, nihil dextrum habuit. Aorta vacua in Abdomen usque, ejusque in initio principium oſſeum. Pericardii ſuperficies interna leviter rubuit. *Pulmo ſiniſter & cum univerſa Pleura, & mutuos inter lobos, concretus; dexter liber omnino. Neuter concidit. Uterque numeroſa diviſione transſciſſus, aquam albam ſpumoſam fudit abundantiſſime: eadem & Trachæa, & Bronchia, ſcatuerunt.*

In abdomine inflammatio ingens, fere univerſalis, Inteſtinorum tenuium, ſic tamen ut portiones aut æquales Spithamæ, aut ea longiores, vel nihil, vel pauxillum tantum, inflammatæ eſſent: occupabatque eadem inflammatio fimbriæ Meſenterii portiones, notabilem Peritonæi partem, omnium autem maxime Pancreas & Duodenum; penitus enim nigreſcebant: nec ab ea ventriculus immunis fuit. Mirabilis coli & ventriculi figura tabula

po-

potius, quam ſermone, explicanda eſt. Et in ventre & in Thoracæ viſcera valde calebant, hora licet 13. a morte elapſa, & corpore horæ ſpatio in frigida aqua poſito.

In hoc corpore notamus primo in ſuſpenſo deeſſe Apoplexiæ ſigna, adeſſe ea Peripneumoniæ. Hoc tamen minus hic urgeo quoad Apoplexiam: facilius enim Encephalon, quam Pulmo, revulſionem pati, a tanto ſanguinis, quantum hic contigit, profluvio, potuit. 2do. Aquam copioſam a mortui hominis Pulmonibus hauſtam. 3^tio. Ingentem & horrendam inflammationem viſceribus inhæſiſſe abdominalibus. 4to. Iterum hic, ut in Submerſis Suſpenſisque aſſolet, ſanguinem tenuiſſimum fuiſſe. 5to. A fervida aqua mentitum circulum cruoris obſervari poſſe.

§. IV. Homo mediæ, ut videbatur, ætatis, pugnax, caput a quatuor retro

ſeptimanis malleo percuſſus, ex eoque tempore triſtis, ac ſtupidus, *die 11. Febr. 1773.* jubebatur a diverſorii hoſpite, cui famulabatur, quidquam quærere in Granario, hora circiter quinta pomeridiana; & cum bihorio retardantem quærunt, invenere ſuſpenſum. Nihil auxilii ipſi præſtitum eſt, ad undecimam autem noctis vectus in Noſocomium fuit. Conſueta auxilia admota ſunt, trihorii ſpatio. Nullus fere ſanguis ſive ex Brachiis, ſive ex venis fluxit jugularibus, ſive ex locatorum in ferventi aqua pedum venis; quique paucus excipi in vaſculum potuit, tenuis ille omnis fuit, nec mora coiit. Injecti in gulam liquores deſcendere in Ventriculum non potuerant.

Die 12. Febr. Cadaver ad 5. pomeridianam ſubmerſimus bihorio, & ad 7. aperuimus. Laquei veſtigium non ſupra Cartilaginem ſcutiformem ut §. II. & III. neque infra Cricoideam, ut §. I. verum

rum ad mediam Cartilaginem ſcutiformem erat. Ingens omentum. Vix eminens infra coſtas jecur. Tenuia inteſtina tota purpuraſcebant: ut & hinc inde Colon & Cæcum. Mira Coli figura curſusque, fere ut in §. III. Capax valde ventriculus, vario ciborum genere plenus.

Pulmo dexter totus cum Pleura firmiſſime coivit, lævus minime: uterque ruberrimus, jecinoris inſtar, maxime dexter: varii Lobi perſciſſi transverſim copioſum ſanguinem, & ſeparatim ſpumoſum ſerum fuderunt, copioſum quidem, ſed minus, quam in proxime priore abundantem: Trachæa autem, ac majora Bronchia, aqua leviter ſpumoſa vere turgebant. Cor utrumque pene vacuum, tantillum aquæ rubellæ in ſe continuit; tenuis rubellusque liquor, minime conſiſtens ex apertis per univerſum corpus vaſis prodiit. Meninges Cerebri naturales, excepta leviore rubedine ad

poſ-

poſteriora. Paucus admodum, isque tenuis omnino, in ſinibus lateralibus ſanguis. Sinus longitudinalis vacuus. Ventriculi autem ſuperiores & triplo naturali capacitate ampliores, & aqua pellucida pleni; ſic & tertius: an & quartus, ruptura infortunata inter examinandum contingens, dicere vetat. Læſionis in capite externo nullum veſtigium.

§. V. Matertera die 17. Aprilis privignum 3. annor. ſtrangulaverat. Trihorio jacuit corpus non ſoluto laqueo. Tandem ad nos delatum, conſueto noſtro labore incaſſum agitavimus. Pericranium in ea oſſis bregmatis plaga, quæ frontem reſpicit, ruberrimam plagam habuit, ac ſi vis externa adhibita fuiſſet. Integumenta tamen nihil ſimile oſtendebant. Dura mater leviter, Pia tota vehementer inflammata. Vix Lympha in ventriculis: Plexus choroidei turgidiores, ac hydatici. Pulmo non conside-

cidebat ſolo, eoque immani, infartu ſanguineo, nam ſpumoſæ Lymphæ nihil habuit. Cor perfecte vacuum utrumque. Sanguis ſolutus.

§. VI. Homo vultu totoque corporis habitu venuſtiſſimus, ad libellum ſupplicem Aulæ datum repudiatus, 21. vel 22. Apr. 1773. ſuſpenderat ſe, neſcitur utrum incipiente, an progreſſa nocte: ad 10. mat. repertus in laqueo erat. Solitus labor irritus pro more fuit. Sanguis ſolutus, ſequenti autem die ſeri quid ſupernatabat, quod cochleari exceptum, ac igni impoſitum, inſtar albuminis ovi coagulabatur. Rubra ejusdem pars non concreſcens, aliquid plus tamen ſpiſſitudinis, quam pura aqua habebat. Interea dum pectus ſpiritu vini calido fricabat noſter Chirurgus *Scherer*, advertit pectoris ſibilum, ejusdemque alterna preſſione ac remiſſione veluti reſpirationis motum: hinc quamdiu hic ſibilus

lus motusque durabat, perrexit ille, & dein alii, thoracem premere alternatim, donec poſt adhibitum ſine ulla pauſa hunc laborem, & motus reſpirationis, & ſibilus ceſſaret omnis. Cum vinum calens in os injectum videretur ſibilum vel ronchum impedire, ſiphone ex ore id exantlavimus, moxque rediit ronchus. Dein totum ſcrotum ſpiritu vini calido continuo fovimus, & lata multa admovimus Veſicantia. Sequente mane hora octava cadaver inflammatione Pericardii, & utriusque Cerebri Meningis, nec non ecchymoſi inter utrasque, imo ipſis contuſionibus integumentorum, ſuſpicionem dedit hominem voluiſſe ſe occidere capitis in parietem alliſione, antequam confugeret ad laqueum; vel agitatione violenta in ſuſpendii principio caput ad trabem vel parietem violente alliſiſſe. Laqueus ſupra Cartilaginem ſcutiformem ſtrinxit. Pulmones membranaceis Vin-

culis

culis ubique cum Pleura & Pericardio concreti. Pulmones graves a plurimo ſanguine, *ſine minimo vel ſpumæ vel lymphæ.* Cor utrumque vacuum. Omentum ingens. In Ileo ad novem ſpithamas a valvula coli ſtercorea materies. Ileum totum purpureum ac fere nigrum a ſanguine.

Si his addideris experimentum *Tom. I. Rat. Med. cont. Part. II. pag. 143.* relatum de abſentia ſpumæ aquoſæ, flavæ, aut rubellæ, in ſuſpenſi militis pulmone, habebis ſeptem ſuſpenſos, ſtrangulatosve, quorum tres, poſt ſuſpenſionem non merſi, quavis caruerint ſpuma pulmonis; unus poſt ſuſpenſionem merſus, eadem quoque vacuus repertus ſit; tres vero eandem haud minore quantitate, quam unquam vivorum demerſorum plerique pulmonibus gerant, geſſerint.

Totum quod mihi ex hiſce licet conficere eſt 1mo. ſuſpenſorum pulmones hac

ſpu-

ſpuma vacuos reperiri ſæpius. 2$^{do.}$ Suſpenſi, & poſt Anatomen ſubmerſi hominis Pulmonem etiam ab omni aqua vacuum reperiri, ut in primo hujus ſectionis cadavere apparuit. 3$^{tio.}$ In Suſpenſis, qui ante Anatomen ſubmerguntur, non raro aquam intrare in Pulmonem, quemadmodum tria cadavera docuerunt; niſi forte alia ſubſit hujus ſpumæ cauſa, de qua deinceps: hucusque enim non debeo niſi ſecundum eruditorum horum virorum principia, atque ſyſtema, ratiocinari, & concludere. 4$^{to.}$ Adeoque contra experimenta eſſe, & quod mortuorum pulmonem non ſubeat aqua; & quod ejus in ſubmerſi corporis pulmone vacuitas violentum arguat, atque ante ſubmerſionem illatum mortis genus.

Liceat autem hic rogare, an ſaltem ad trium ſuſpenſorum, qui ſpuma pulmonum caruerunt, experimenta, ſi reliqua de induſtria non feciſſem, contra

pru-

prudentiæ regulas peccaſſem, ſi ſpumam in ſuſpenſorum non reperiri unquam pulmone concluſiſſem? Omnino; minor eſt enim experimentorum numerus, quam foret ad bene concludendum neceſſarius. Forte meum judicium, vel alii, vel ipſemet, præproperum fuiſſe, argueremus. Quod enim alii obſervarunt, an non idem a me obſervari poterit? Idque non penitus raro? ſi *Bartholinus* deprehenderit, vid. *Bonnetum Med. ſept. Lib. VIII. pag. 630.* in ſuſpenſo homine *Fiſtulam pulmonalem ſpuma copioſa impletam*; ſi aliam ſuſpenſi Anatomen referat *Bonnetus*, cujus *Pulmo diſtentus fuerat, implensque Thoracem totum, hic ſpumoſus atque fungoſus, ibi marmoris inſtar variegatus*; ſi alio loco *Bartholinus* dicat: „ In ſtrangulato inveni pulmones gran„ des, variegatos, cæruleos, rubore „ interſperſo leves & ſpongioſos, ſan„ guine ſpumoſo tam plenos, ut

„ non tantum externæ venæ tumidæ in „ membrana apparerent, ſed in diſſectione „ cordis demonſtrantem me fere impe- „ dirent „ an non vix condonandæ temeritatis me ſimilia, poſtmodum obſervanda, damnarent? Quod autem ſimilia haud raro obtingant, faciet palam ſectio ſequens.

CAPITIS SECUNDI

SECTIO TERTIA.

Septuplex hominum Anatome, quorum, morbis acutis chronicisve defunctorum, Pulmones aqua ſpumoſa ſcatuerunt; ſexies in Noſocomio, ſemel in Urbe.

§. I. Hominis Peripneumonia atque Iſchuria mortui *Pulmo habuit ſpumam aquoſam.* §. II. Studioſi Pleuro-peripneumonia denati *Pulmo eandem quoque habuit.* §. III. Rev. Sacerdotis Pleu-

Pleuro-peripneumonia denati. §. IV. *Nec non Pulmo* Ducis militum, *chronico morbo diu afflicti, & aucto demum ſublati.* §. V. In ſaltandi amatore, Pleuro-peripneumonia enecto. §. VI. *Præterea & in eo hominis* febre ardente denati. §. VII. *Tandem & in alio ſimilem morbum paſſo.* §. VIII. *Concluſio ex præcedentibus. Præcipitantior Lugdunenſium Concluſio, & minus vera pro veris Magiſtratui refert, homines plane innocuos in carceris, torturæque periculum conjicit, & ſæpe inanes eidem Magiſtratui creat labores.*

§. I. Finis Sectionis II. paradoxon proponebat, imo aſſerebat, de ſpumoſo liquore abundante in ſuſpenſorum pulmone; quo autem minus paradoxon appareat, quædam nova obſervata enarrabo.

Rude donatus miles, & talis quem *locum tenentem* appellitant, 73. annorum, anno 1773. die 26. Jan. in Nos. pract. ſuſceptus, narrabat ſe poſt 24 annos valetudinis integerrimæ, eo petulantiæ cum Commilitonibus perveniſſe, ut poſt evacuata ad ebrietatem pocula, eadem frangeret, dentibus conficeret, ac deglutiret: haud inſolita hiſce in terris petulantia eſt; gloriantur de ea etiam nonnulli Nobilium. Quod ſibi, ejus protervitatis tironi, dolorem oris, fauciumque; paulatim vero in eadem Magiſtro, tam parum moleſtiæ intulit, ut inter ſocios eminens omnes, par calicum poſt Compotationem devoraret: ſemel tamen contigiſſe, ut procacitatis pœnam crudeli morte luiſſet, niſi poſt diuturnam colicam vitri fragmenta immiſſo clyſtere alvo exturbaſſet. Contigiſſe quoque in ultimo *Auſtriacorum* cum *Thracibus* bello, ut & ter acute decubuerit, & pectus ſemel vehementer contu-

ſus

ſus fuerit: ab hac contuſione ſuperſtitem manſiſſe Tuſſim, eamque ad mutatas anni tempeſtates crebram, cum ſputorum tenuium excretione. Multis tandem ab annis Dyſuria atque Iſchuria periodicis laboraſſe, cum urina ſabulum gerente, craſſaque, ac flava.

Die 25. Jan. ſputis jam ab aliquot retro diebus plane deficientibus, colico dolore cepit torqueri, febre ac tuſſi anhela. Purgans antiphlogiſticum ſumpſit; quo nihil operante; in Noſocomium veſpere illatus eſt. Continuum inibi conqueſtus ventris dolorem eſt, ventre primum nec duro, nec tumido, ſenſim vero duriore & tumidiore, idque a ſiniſtro umbilici latere potiſſimum oblique deorſum. Paucam urinam principio, pauciſſimam deinde, ultimo calamitatum biduo nullam miſit, neque ſponte, neque ad inductum Catheterem. Alvus quidem die morbi tertia prodiit atque continuavit;

Tuſſis autem ſicca fere, moleſta, jugis, inſomnia, colica, continuarunt, & immorigera omnibus ægritudo hominem Peripneumonia & Iſchuria ſuſtulit die undecimo morbi incipiente.

Jecinoris erat immenſa adeo moles, ut ad umbilicum, & ad dextri oſſis Ilei criſtam pertingeret; & cum anteriore non tantum facie, ſed & tota mole omnia ad lumbos usque expleret, cauſa capiebatur ventriculi inteſtinorumque mutatæ ſedis. Dexter Ren cum ſuo uretere ſanus. Siniſter mole ingens, in pelvi ſuppurans, durus totus, in ſua papillari ſubſtantia Lapillulos numero ſeptem gerebat, ureter quadruplo non craſſior, ut fieri aſſolet, ſed amplior, in via ſua media oſtendebat lapillum, æque dein amplus ad Veſicam usque. Veſica contracta & indurata ſic, ut duas uncias urinæ ægre capere poſſet. Nullus in ea, ſed prope glandem in Urethra parvus calculus.

Pul-

Pulmo dexter multum, ſiniſter integre, firmiſſimeque, concretus cum Pleura. Cohæſione patienter ſoluta, Pulmo nec tunc, nec in tomos transſciſſus, concidit: *effluxit autem ſeri non nihil ſpumoſi ea abundantia, ut nunquam abundantius ex Demerſorum expreſſerim Pulmonibus.* Aſpera arteria dura valde, & ſuperius veluti *Ruiſchiana* injectione rutilans. Thyroidea glandula pene oſſea. Coaluerantque in unum corpus tres priores Annuli cartilaginei. Initia Bronchiorum, unaque circumpoſitas iisdem glandulas, calcarea replebat materies.

Cor ingens. Aorta triplo craſſior in ſua ſubſtantia, duraque valde. Ejus ſemilunares valvulæ oſſeæ propemodum duritiei. Polypoſa maſſa alba mollis, non commiſta, ſed cohærens cum ſanguine grumoſo, ſoluto, cor arteriasque explebat.

§. II. Die 7. Febr. 1773. *ſtudioſum Poëſiọs* 17. ann. ex *Monte aureo* in Noſocomium ſuſcepimus, qui a ſex retro annis, poſt gravem Pectoris morbum, tuſſi, anxietate, ſiniſtri lateris dolore, febre varia, corrhyza, catarrho, frequenter laboraverat, jam vero faucium ac palati leviore inflammatione a ſex abhinc diebus curatus, Pleuro - peripneumonia laborare cepit, & altero die morbi ad nos delatus, præter alia auxilia adhibita, ne per novem quidem Venæ ſectiones a vehementia inflammationis liberari potuit, ſic ut principio ſexti diei interiret. Urinæ perpetuo aut jumentoſæ erant, aut craſſum enæorema in globum collectum, gerebant. Sputa & pauca ſemper, & tenuia, & pauco muco ſubinde commiſta.

Exiguum omentum. Immenſum iterum Hepar, figuram plane ſingularem, depreſſamque Inteſtinis ſedem concilians.

Co-

Copioſa quidem, at minus colorata Bilis. Meſentericæ venæ repletæ ultra morem. Ren dexter bonus; lævus triplo major, durus compactus.

Dexter Pulmo cum Pericardio, tum univerſæ Pleuræ, hic firmius, ibi laxius, concrevit. Uterque anteriore facie naturalis, laterali ruber, dorſali purpureo-niger, neque conſidens. *Quacunque in parte perſcindebatur aliquid ſeri Spumoſi albeſcentisque, profudit.* Cor, vaſa majora, polypi, ut in proxime prioris Thorace; ea differentia, ut poſt novem Venæ ſectiones, quarum ultima craſſiſſimam duriſſimamque cruſtam illico formaverat, ac rubram ejus portionem vix ſciſſilem dederat, tamen concretiónes polypoſas, & longe majores durioresque, Cor, Ventriculi, Sinus, Auriculæ, & Vaſa omnia majora gererent, nec grumoſi ac purpurei cruoris ſibi cohærentis niſi pauculum haberet; imo in capitis ſinu longitu-

dinali mere flavus craſſusque polypus cum adhæreſcentibus ramis ex cerebri venis extractis, citra vel minimam rubedinem inveniretur: ita ut a poſteriore convinceremur eum omnem morbum abſolutæ lætalitatis eſſe, in quo toties educto ſanguine inflammatorio, totque diluentibus ac ſanguinis tenacitatem ſolventibus ingeſtis, plurima ſanguinis pars polypoſa, adeoque per minima vaſa impenetrabilis, pertinaciter maneat.

Hiſtoriæ huic eandem notam, quam priori adnecto: quamvis enim minorem ſpumoſi ſeri copiam dederit Pulmo, eam dedit tamen, ut majorem in ſubmerſis ſive hominibus, ſive brutis, aliquando non invenerimus.

§. III. *Rev. Sacerdos* 70. ann. ter meminit ſe acute ægrotaſſe, ante elapſos abhinc 20. annos; ab eo vero tempore ſibi nihil morboſi accidiſſe, præterquam frequentes admodum Catarrhos; quos miti-

mitigare, ac ſæpe pellere penitus, pulvere *Lapidis de Goa*, quem conficere noverat, ſoleret; maxime quando cum regimine ad ſudorem, integro quotannis menſe, eo lapide ſudabat.

Die 13. Martii catarrho, ſeu potius Pleuro-peripneumonia, laborare cepit ad noctem, & cum ad Venæſectiones & adhibita auxilia alia ingraveſceret, in Noſocomium practicum ſuſcipi petivit. Medio die tertio in idem illatus eſt. Inflammatio tanta fuit, ut coriacea ſanguinis cruſta nunquam denſior, rubraque ejusdem portio, nunquam durior fuerit, quam in Venæſectione quinta. Lateris tamen dolor poſt hac ceſſavit. Urinæ paucæ, crebræ, urgentes, paulo coloratiores naturalibus, enæorema gerebant craſſum, copioſum, ſuſpenſum, globum formans. Finis diei quinti idem & vitæ fuit.

In cadavere ingens Hernia, dicta *entero-oſcheo-cele*; omentum enim non in-

erat,

erat, quia & breve nimis, & cum peritonæo conatum. Celaverat autem hanc, cum duos Medicinæ ſtudioſos, qui duobus cum dimidio annis familiariter eo uſi fuerant, tum mihi; ne autem ramicoſum illum ſuſpicarer, vomitus abſentia, alvusque obſequioſa, vetabant. Inteſtini cœci ſaccus locabatur ad annulum abdominis, & Ileum, mox ante ſuum in cœcum ingreſſum, in prælongum Scrotum, prolapſum erat ad usque teſtem, & quidem ſic, ut inteſtinum usque ad teſtem ab omni cohæſione cum ſacco peritonæi liberum eſſet, ipſe vero ſaccus toto itinere ſuo arctiſſime cum vicinis concretus. Teſtis bonus, non, ut in ſimilibus fit, complanatus. Prolapſi Inteſtini longitudo trium cum quadrante partium ulnæ *Viennenſis* erat. Annulus ita amplus, ut duo digiti intra illum ſe commode movere poſſent. Brachierium non gerebat; an geſſerit quondam ignoramus. Si geſſerit,

rit, id abjeciſſe illum arbitror, eo quod per annullum amplum juxta pulvinar brachierii Inteſtinum elabatur facile, & ſic compreſſum doleat. Et quia ex ſacci univerſi cohæſione firmiſſima antiquam fuiſſe Herniam concluſimus, neque tamen Inteſtinum cum ſacco coiviſſe deprehendimus, Rev. Virum frequenter, forte ſingula nocte, Inteſtinum reduxiſſe in ventrem credimus.

Ileum Inteſtinum habebat in latere ſiniſtro ventris appendicem ſeu lateralem ſaccum, eumque cœcum, in quo recondi Nux moſchata poſſet. Colon adeo ſuo in curſu irregulare, ut faceret tredecim flexus.

Hepar mole minus quidem quam in præcedentibus, magnum tamen; & cum Ventriculus ingens eſſet, & a latere lobi jecinoris minoris ſpatium quidem haberet ſeſe expandendi, minime vero expandere ſe ob lobi majoris molem in me-

medio ventre poſſet, inteſtinalem formam affectare debuit a latere Epigaſtrii ſiniſtro, usque ad Pylorum. Oeſophagus ad duos digitos latos in Abdomen deſcendebat, antequam abiret in Ventriculum. Pylorus anguſtiſſimus, non ſpaſmo, ſed præternaturali membranarum craſſitudine. Magni Ventriculi ſacci ſuperficies interna vehementi inflammatione rubebat.

In Thoracis cavo dextro unc. XIII. aquæ rubellæ; unc. VI. in ſiniſtro. Utriusque pulmonis lobus ſuperior cum Pleura arcte coaluit. Pro more iterum hic Pulmones facie anteriore minus, & per inſulas duntaxat, multum ad latera, plurimum ad dorſum, inflammati fuerunt.

Aſpera arteria perſciſſa ſpumam albeſcentem, eamque copioſam, fudit; continuata autem longitudinali ſectione, ſcatebant eadem univerſa Bronchia. Quod autem notan-

tandum, nihil concidentes, imo ponderoſi Pulmones, dum in lamellas diviſi conjiciebantur in aquam, partim innatabant, partim, cum maxime autem eæ dextri Pulmonis, fundum, lapidis inſtar, petebant. Aqua quippe pulmone gravior, obſidens Pulmonis celluloſitatem; ſanguis pulmone & aqua gravior, opplens ad crepaturam fere, Arterias; una cum Pulmonis Parenchymate, maſſam confecerunt, ejusmodi aquæ volumine ſpecifice graviorem. Contenta hæc in pulmonis celluloſitate aqua, cum turgentibus ſub vitæ finem arteriis venisque premeretur, in cava Bronchia, Trachæamque, transſudaſſe videtur; quemadmodum in Demerſis ex cavis Bronchiis in Pulmonum celluloſitatem obſervatur tranſire. Sic ut aëreo hoc canali loco puri aëris, nunc craſſa ac ſebacea materia repleto, pondus Pulmonis adhuc auctius fuerit.

Pericardii tunica exterior inflammata multum, interna aliquantum. In eodem Liquoris unc. j. ß.

Cor

Cor ſiniſtrum vacuum, fere & dextrum, niſi quod hinc inde grumoſi ſanguinis quidquam hæreret inter columnas.

Pleura tota utroque in latere inflammatiſſima.

In Encephalo D. M. vix, P. M. valde inflammata, imo ad poſteriores cerebri lobos purpurea. Sub Arachnoidea opacus liquor eſſe videbatur, qui hac pertuſa limpidus erat. In ventriculis ſuperioribus ſolita copia ſeri. Plexus choroidei turgidi, pluribus hydatidibus obſeſſi. Ventriculus tertius tantillum, quartus nihil liquidi gerebat. Omnia vaſa per univerſum Encephalon, ut Arteria baſilaris, Circulus Williſianus, &c. craſſo purpureoque ſanguine infarta erant.

§. IV. Die 18. Aprilis 1773. invitabar ad Anatomen Viri prænobilis, Militis ſtrenui, ſeptuagenarii, qui a quatuor retro annis multum tuſſiverat, ſputa reddiderat, lævoque in latere dolorem,

ſæpe

ſæpe ad animi deliquium usque, externa vel leviſſima preſſione in Leipothymiam fere exacerbantem, tum ad motum, & ad calidiora, palpitationes ad præcordia & per omne corpus horribiles toleraverat; quem demum febris ardens, ex juſta indignatione orta, intra quatriduum ſuſtulit. Pulmones ambo cum Pleura undique concreti, ſiniſter etiam cum Diaphragmate; & dum ſiniſtri hujus pulmonis concretiones a Pleura ſolvebantur, loculi cavi inter has concretiones alii ichorem, alii pus referebant. Pulmonis ejusdem lobus ſuperior craſſus, at jam gangrænoſus; inferior lobus ingens, durus, ponderoſus, ita ut portiones nonnullæ aquæ fundum peterent, cum univerſo fere pericardio firmiſſime concreverat, parte autem ſua non indurata, ſed non conſidente, ſpumoſa lympha copioſa ſcatebat. In dextri Pulmonis inferiore, medioque lobo, non conſiden-

te, ſanguis plurimus, vix effluens, & ſiccum fere pulmonem in transſcindendo oſtendebat; *lobus vero ſuperior non minorem ſeri ſpumoſi copiam referebat, quam multi referunt Demerſorum.* Uncia forte aquæ rubellæ in pericardio. Inflammatum Mediaſtinum nonnihil erat, Diaphragma valde, pluresque Inteſtinorum longæque portiones. Abſceſſus in ipſis Pulmonibus nulli, etſi tot annis tuſſiiſſet, ſputaque ejeciſſet. Polypi ut in prioribus cadaveribus. Undenam dolor in ſiniſtro latere, atque ad minimam preſſionem ingens, explicabitur facile ex preſſione cordis contra durum accretumque Pulmonem, & a vellicatione omnium inter ſe concretarum partium.

§. V. Die 27. Aprilis recens elapſi, coram univerſa Juventute Medica cadaver aperui hominis 28. ann. qui poſt frequentiores ſaltationes in Pleuro - peripneumoniam diriſſimam incidens, eadem

nec

nec decem venæ ſectionibus, nec ceteris remediis cedente, ſeptimo die perierat: Oculi corrugati, atque opaci 30. a morte horis, isque, qui Cadaverum eſſe ſolet, artuum rigor. Colli preſſione ore atque naribus liquor fluxit. Pulmo dexter duobus in locis cum Pleura concretus, intermedia ſubſtantia quadam, hic membranoſa, ibi ligamentoſa non laceranda, ſed perſcindenda, rubrisque hinc inde vaſis ornata. Rubor inflammatorius Pulmonum, ut in præcedentibus. Concretio deinde Pulmonum Pleuræ, Diaphragmatis, Pericardii, ope ſeri transſudantis ſupremis prope mortem horis. In cavo dextro Thoracis erant Lymphæ rubellæ unc. 3 ½. in ſiniſtro unc. 2 ½.

Pulmones transſciſſi madebant, ſerumque manabant omni ex parte; preſſi autem ſeri ſpumoſi fuderunt uncias octo.

Aſpera Arteria & Bronchia omnia, per totam longitudinem perſciſſa, deterſaque, ſuperius pannum rubrum, inferius purpureum referebant. Cor rubrum valde; Valvularum aliæ rubri, aliæ purpurei coloris. Rubra valde Arteria pulmonalis interna, internaque Aorta, ad Iliacas arterias usque; ibi autem color plane purpureus, non pergens tamen per easdem. Polypi vitalium viſcerum, quales priorum cadaverum. Omnis venæ cavæ ſanguis, omnisque axillarium vaſorum, niger ac diſſolutus.

Monſtroſum Inteſtinum colon, ſic ablato Peritonæo univerſum explere videbatur abdomen, ut nihil fere præter illud replere ventrem cerneretur. Meſenterium ſolito rubicundius. Præ mole jecinoris ingenti ventriculus eam inteſtinalem, qualem jam ſupra notavimus, formam induere debuit.

Po-

Polypus venoſus in tota longitudine ſinus longitudinalis. Pia Mater quidem tota admodum, in ſiniſtro autem Hemiſphærio magis, inflammata. Ventriculi vacui.

Ex hac & ſingulis ſectionibus hominum, quos morbus inflammatorius e vivis ſuſtulit, abunde liquet quanta rubri ſanguinis copia, poſt toties iteratas venæ ſectiones, nariumque hæmorrhagias, adhuc præſto ſit in cadaveribus; quæ longiorem harum ſectionis enarrationum non minima cauſa fuit.

§. VI. Menſis May 28. die, hominis cadaver publice in Noſocomio aperui, qui febre ardente correptus, eam præter morem in diem XV. protraxerat: horis a morte 35. elapſis, & frigida in Cavea cadavere per id tempus ſervato.

Aperto pectore, Pulmonis utriusque inferior lobus membranaceis vinculis cohæſit cum Diaphragmate ac Pleura, magis

autem ſiniſter: ceterum inter ſe mutuo lobi omnes transſudante ſero coiverant. Pulmones facie anteriore valde rubicundi, laterali validius, dorſali nigerrimi. *Lobi ſuperiores transſciſſi compreſſione ſerum ſpumoſum fundebant modice, inferiores vero primum ſola transſciſſione illud transſudabant, deinde autem compreſſi tantam ſpumoſi liquidi copiam fundebant, ut facile libram mediam colligere potuiſſem, ſi perrexiſſem.* In corde & auricula dextris multus erat ſanguis polypoſus, flavus, cui ſanguis ſolutus ac niger ſic cohærebat, ut in ſanguine miſſo rubra inſula cum cruſta cohæret. Aorta a ſuo principio, per totam ſuperficiem internam, usque in Iliacas, rubra, in Iliacis adhuc magis: Vena cava pariter, & internum Cor, Pleura modice, Diaphragma vehementer. In utroque pectoris cavo, & in abdomine, nonnihil Lymphæ rubellæ. Hepar in externa ſuperficie inflammatum; in utraque

Ven-

Ventriculus, vehementiſſime autem qua parte ingenti lieni incumbebat. Colum tympaniticum, ac figura flexibusque monſtroſum. In Ileo ingens Appendiculus, ſeu Diverticulum. In Encephalo ſola forte Pia Mater paulo rubicundior. In fronte & verſus ſuturam coronalem, plaga florenum magna, ruberrima, in Pericranio, adnexaque celluloſitate; in fronte externa nihil.

§. VII. Die 22. Junii coram Auditoribus aperui 19. a morte horis cadaver hominis 42. annorum, qui ab elapſis 18. retro annis ex equo in durum obſtaculum dextro ſui Thoracis latere præceps datus, male quidem poſtliminio pectore habuerat, ſuum tamen ſemper præſtiterat domino famulatum; febrim intermittentem, nec non pectoris acutam, ſemel paſſus. Pleuro-peripneumonia tandem diriſſima, quæ ne poſt undecim qui-

dem venæſectiones ceſſit, affectus, interiit octavo morbi die.

Coſta tertia dextri lateris fracta quondam, ligamentoſa ſic coaluerat ſubſtantia, ut quandam æmularetur articulationem. Pulmo eo in latere cohæſit per inſulas cum Pleura, Mediaſtino, Pericardio, Diaphragmate, vinculis latis, robuſtis, membranaceis partim, partim ligamentoſis, vaſculoſisque. In plagis a concretione liberis inter eroſum Pulmonem, Pleuramque, puris craſſi copia ea, ut ſiphone quantum potuiſſemus id exantlantes, plus libra colligeremus.

Graves, nec concidentes pulmones, non a pure, quo carebant, ſed ab infarto ſanguine, copioſaque lympha; ſic ut medius lobus inferior in aquam injectus, lapidis inſtar ſubſideret. Reliquus Pulmo dexter, totusque ruberrimus ſiniſter, *in taleolas numeroſas transſciſſi, ſero ſpumoſo manabant, compreſſi effudere rivatim.*

tim. *Aſpera autem Arteria a ſummo ſuo per totam longitudinem, diviſiones, imaque Bronchia, alba ſpuma pleniſſima.*

Aſpera eadem arteria leviter inflammata ad ſuum principium, in medio plus, in bronchiis maxime, ut purpuraſceret. Utroque pectoris in latere Pleura, in dextro autem dirius, inflammata. Inflammatum tendinoſa ſui portione Diaphragma; Ventriculi interna prope Cardiam fere gangrænoſa ſuperficies: inflammati etiam valde Renes, de quorum regionis dolore æger vehementer in ultimo morbo conqueſtus fuerat; urina interim probe ſecreta ſemper.

Tympaniticum valdopere Colon inteſtinum; an inde ponderoſum Hepar truſum in altum, ut in dextro latere latis digitis duobus altius, quam in ſiniſtro aſſurgens, exiguum affecto relinqueret Pulmoni ſpatium?

§. VIII. Ex his omnibus manifeſto conſtat ſupervacaneos creari Magiſtratui labores, ad perquirendos ſollicite ficti homicidii reos, & ejusdem Magiſtratus neceſſariam veræ internecionis autores indagandi labefactari ſollertiam; ſi Medici atque Chirurgi legali teſtimonio perhibent aut hominem ſubmerſum eſſe, ſine violenta morte prægreſſa, cujus pulmo aquam ſpumoſam gerat; aut eundem eſſe truculenta nece peremptum, antequam in aquam præcipitaretur, eo quod lympha hac ſpumoſa ejus pulmo careat. Conſtitit enim, & eos, quos ſola demerſio in aqua peremit, omni poſſe carere lympha Pulmonibus. Conſtitit illos, qui mortui mergantur, haud raro plenum eadem hoc viſcus habere. Conſtitit his, quos morbis conſuetis abſtulerit atra dies, Pulmonem etiam tanta hujus ſpumæ copia ſæpe madere, ut non majori Demerſorum pulmo madeat. Conſtitit demum

po-

potuiſſe Pulmonem hauſiſſe aquam, &, homine necdum perfecte mortuo, hanc reſorptam intra vaſa ſanguinea fuiſſe (vide ſupra canis noſtri XXXVIII. Anatomen) ſic ut ſpumæ nihil toto in Pulmone conſpiciatur, in quo tamen intraſſet abunde, ut fœces Atramenti docuerunt.

Quæ cum ita habeant ſe, quotiesne imponimus Judicibus locorum, eosque cogimus, ut vel inanes in peremptores inquirendi moleſtias ſubeant, vel neceſſariis forte eosdem indagandi ſuperſedeant artificiis, ſi, quod omnia hæc experimenta ſubvertunt, ſequamur Syſtema? Si quis ſerio omnia revolvit, quæ hucusque communicavi experimenta, errorum horum frequentes occaſiones eſſe poſſe, facile per ſe perſpicit: ſi v. g. *Vir* §. I. aut *Juvenis* §. II. aut *Reverendus Vir* §. III. aut *Belli Dux* §. IV. aut *Pleuro-peripneumonicus* §. V. aut *Febre ardente mortuus* §. VI. aut tandem Pleuro-peripneumoni-

cus

cus §. VII. peregrinatus, alicubi in Diverſorio ſubita morte extinctus eſſet, locique Magiſtratus, violentiæ illatæ ſuſpicione, legalem cadaveris inſpectionem exigeret; profecto hoc, quod infirmamus, principio imbuti Medici atque Chirurgi, hominem aqua ſuffocatum, abſterſum lectoque repoſitum eſſe, vel ſponte jurarent; forentque in cauſa, ſaltem ubi frequens adhuc viget Torturæ inſania, ut necis ſuſpecti admoverentur ad Torturam, hique eidem perferendæ impares, ſe inſontes accuſarent, immeritamque ſibi mortem conſciſcerent.

Equidem haud is ego ſum, qui egregios hosce Autores hæc, quæ ſcripſerint, ſcripturos fuiſſe ſuſtineam, ſi unquam in ſimilia, in quæ ego, cadavera incidiſſent; potius crediderim incidiſſe eos in ejusmodi nunquam: hincque mea obſervata rariora eſſe autumabunt, quæ vix, aut ne vix quidem, in conſueto ordine

dine naturæ faciant exceptionem. Attamen primo in re tanti momenti etiam rariſſimas obſervationes notabilem facere Legis univerſalis exceptionem, primum aſſero; ſecundo exceptiones has adeo raras haud exiſtere, ſi intra quatuor menſes in ſeptem Cadaverum ſectionibus mihi obtulerint. Ut vero rem in aprico ponam, obſervationem hanc non modo non in rarioribus, ſed in frequentioribus collocandam eſſe, oſtendam; hæcque ſequentis erit ſectionis hujus capitis materies.

CAPITIS SECUNDI

SECTIO QUARTA.

Spuma Pulmonum frequentiſſima Anatomicorum experientia in iis, qui merſi non fuerunt, demonſtrata eſt.

§. unica. *Confirmatio priorum obſervationum per XIV. Anatomicas Sectiones*

Cl.

Cl. Viri Morgagni, *& per nonnulla aliorum inſignium Anatomicorum. Concluſio ex his omnibus.*

§. I.

Ut hoc probem, Autorem accuratiorem, fideque digniorem, immortali *Morgagno* non novi; unde ab eo, quibus indigeo, petam. *Ep. Anat. Med. XXII. ſſ. 19. Pulmones ubique multo ſero referti* hominis, qui per quadriennium anhelus reſpiraverat maxime ad motum corporis. Ep. XXI. §. 33. Pulmo dexter durus compactus ut jecur, ſiniſter vero fudit *aquæ ſanguinolentæ, et ſpumoſæ non modicam copiam*, thorace vacuo. Ep. VI. §. 12. *pulmo ſiniſter aëre mediocriter diſtentus, et, ſi ſecares, multum effundens ſpumoſi humoris.* Ep. XIII. §. 3. *Eminentiſſ. Cardinalis Barbadicus* Antiſtes *patavinus*, catarrhis obnoxius, febre dicta catarrh. epid. moritur. *Graves erant ipſi Pulmones, ſed a catarrhali materie, quam conti-*

continebant, multa paſſim e bronchiis, quacunque incideres, erumpente. Ep. XXX. §. 2. In homine cancro ventriculi mortuo: *ex omni utriusque Pulmonis inciſi parte ſerum prodibat.* Ep. XXXIV. §. 18. Homo ab hernia omenti et inteſtini non integri, ſed parte ſui diverticulum quaſi facientis, ceterum in ventre aperti, peremptus, habebat Pulmonis partem induratam, *Pulmones autem ubique ferme humore imbutos.* Ep. XXXVI. §. 17. Mulier ante mortem ſubito in magnas anxietates lapſa, multam ſpumoſam et ſanguine tinctam materiem expuit. In Thorace omnia ſana, *niſi quod pulmones rubore ſuffuſi multum, cum ſecarentur, materiam emittebant ejusmodi, qualem noviſſime mulierem expuiſſe ſcripſimus.* Ep. V. §. 11. In homine ebrio, ſubito mortuo, cujus hiſtoria vitæ non ſcitur, Pulmones graviores, *et ſpumam ſi premeres emittentes*, ſana tamen eorum ſubſtantia. Ep.

VII.

VII. §. 11. Figulus, potator ſtrenuus, pleuroperipneumonia periit. *Lobus ſuperior ſiniſtri Pulmonis in ſuprema parte ſero turgidus ſpumoſo, ibidemque niger et durus erat, ſed ita durus, ut vetus potius vitium, quam recens, exiſtimares: parte autem reliqua ferme exſuccus, nec multum diſſimilis ſani.* Ep. XXI. §. 29. Ancilla a 3 menſibus minus menſtruans, a capto frigore incidit in morbum prioris ſimilem, ſub finem ex ore effluebat humor aquæ inſtar ſpumoſæ in qua caro recens lota ſit. Die 7. moritur. Excepto ſuperiore ſiniſtri Pulmonis lobo, *reliqui lobi omnes quamvis ſpumoſo humore prorſus diſtenti, naturalem ſubſtantiæ modum ſervabant, ex qua diſſecta is humor prodibat.* Ep. XVIII. §. 30. Vir intemperantis vitæ, poſt magnas in reſpiratione anxietates, et cordis palpitationes, cum œdemate corporis, 40 die moritur. *Pulmones diſſecando variegati, et ſpumoſo humore ſcatentes,*

et

& ibid. §. 34. Lotrix a ſexennio ſpirandi difficultate, quæ aſthmatis convulſivi ſpem habebat, ſæpe in Noſocomium venerat, eodem demum malo inibi moriebatur. Nullus hydrops thoracis. Pulmones non annexi pleuræ, *ſed turgidi ... & referti humore ſpumoſo: at nihil præterea intus extrave, quod morbidum eſſet, oſtenderunt.* Ep. XXI. §. 23. A pleuritide die 4. moritur homo, cujus nulla anamneſis additur. *In ſiniſtro latere pulmo ferme ſanus, fulvo cæteroquin humore imbutus quacumque ſecaremus. Qui vel uberius ex Pulmone prodibat dextro. Hic vero & major & gravior & durior ubique Hepatis ſubſtantiam referebat, exceptis quibusdam non exiguis tractibus, in quibus ſubſtantia erat albida & quaſi ad corruptionem vergens.* Epiſt. XVI. §. 30. Adoleſcentuli ultra tres menſes difficulter ſpirantis; *pulmones ichore ſpumoſo, albidoque ſi manu comprimeres, ſcatere conſpiciebas.*

Jus igitur ſummum mihi eſſe videtur confirmandi omnes eas, quas ad priores ſectiones hujus capitis formaveram, concluſiones. Si aquam eorum Pulmo hauriat, quos poſt fata merſerit unda; ſi magnis anatomicis pulmones hominum laqueo ſtrangulatorum, hac ſpuma ſcatuiſſe viſi ſint; ut ſupra conſtitit; ſi aqua ſpumoſa ſcatuerint pulmones hominum ſeptem, intra paucorum menſium ſpatium, a me poſt mortem publice examinatorum, quos e medio communes morbi ſuſtulerant; ſi denique *Morgagni* minimum hoc *decies & quater* notaverit; nihil in poſterum aut imprudentius, aut pernicioſius, referri magiſtratui poterit, quam quod præſens hæc ſpuma hominem & ſubmerſum in aqua eſſe, & quidem viventem, certo indicet; quodque, ſpuma hac abſente, homo demerſus violenta manu peremptus fuerit, priuſquam mergeretur.

Ter-

Terminaturus hoc caput duo opponi mihi argumenta poſſe præſentio, quæ nunc prævertere, quam poſtmodum ſubvertere, malim.

Ac foret forſan prius hoc: cum in prioribus meis operibus ſimilium poſt communes morbos pulmonum non meminerim, jamque paucorum menſium ſpatio eosdem ſepties memorem, inſoliti quid in natura rerum obtrudere me mundo velle: imo inhoneſtius quid forte ſuſpicari ii poterunt, qui ſpumoſam hanc aquam in frequentiore anatome nunquam niſi in iis, qui viventes ſubmerſi ſunt, deprehenderunt; ac ſi quid exaggerationis, ne pejus dicam, meus ſermo haberet.

Reſpondeo primo vel ad notas morborum, mortisque cauſas confirmandas, vel ad novas detegendas, vel denique ad conjecturales examinandas, corpora exenterari, eorumque exerceri anatomen: Intentionem primam alteramque

priores noſtras ſectiones direxiſſe plerumque; tertiam vero nos in Pulmonum phænomena contemplanda reddidiſſe attentiores, quo quid de nova *Lugdunenſium* ſententia cenſendum foret, caperemus. Hinc crebro contigiſſe, ut citra interni Pulmonis examen olim corpora mitteremus; jam vero quo veritas pateſcat, nunquam ejusdem viſceris internum omittamus examen. Diſputationes de Valvula Coli ortæ, omnes Anatomicos in accuratiorem ejusdem examen, deſcriptionemque, excitarunt. Nunquam tam crebra mentio, vitiorumque deſcriptio, facta Glandulæ Pinealis eſt, quam poſtquam *Renato Carteſio* placuiſſet figere in eadem animæ ſedem. Clarus Anatomicus ſcripſerat ſe in 2000. quidem cadaveribus vix bis terve inflammatam Pleuram advertiſſe; quod facile admitto dum Anatomici intentio ad longe alia converterit ſeſe: eodem modo poſt mul-

ta luſtrata olim cadavera non potui ſæpe Pleuræ affirmare inflammationem, eandem inadvertenter prætergreſſus, & aliis conſpicuis rebus in corpore contemplandis occupatus. At vero cum *Valſalva* in rem intentus *Morgagnus*, decies & quinquies Pleuram vidit inflammatam, & ea quidem in Plaga, unico caſu excepto, quam occupaverat in vita dolor. Parique ego modo, poſtquam Pleuram & inflammari, & præ vaſorum defectu inflammari poſſe, negatum fuit, in rem nunquam non intentus, & inflammatam hanc membranam, & vaſculoſam eſſe, ipſo *Morgagno* crebrius meis demonſtravi Auditoribus.

Reſpondeo ſecundo, non ita me Pulmonem prætervidiſſe, ut non frequenter in illis id, de quo jam ſermo ſit, animadverterim. Quo pacto alias *Tomo XIII. pag.* 211. ſcribere audacter potuiſſem: *ſpumoſum autem ſerum oſtendi Audito-*

ribus pluries, defunctorum variorum perſcindendo Pulmonem. Quod ergo ſæpius quondam, ſed modo generaliore notaveram, id nunc & diſtinctius, & continentius, notavi.

Alterum quod opponi mihi poſſet, Concluſionis errantis foret accuſatio. Ex eo quippe quod Pulmo, quos demerſeram ſuſpenſorum, ſpumoſa Lympha abundaret, id eſſe Syſtema erroneum, quod aquam nunquam in mortuorum Pulmones penetrare ſtatueret, decrevi; id quod ex eo minime concludi poſſe videtur: ſi enim in non Submerſis mihi toties ſero ſpumoſo Pulmones ſcatuiſſe viſi ſint, quo tandem jure ego aſſeram aquam ſuſpenſorum, deinde Submerſorum, ſubiiſſe Pulmones, quæ adeſſe in iisdem, eo quo in ægris meis modo, dudum potuerit? Vitioſum proinde meum hoc eſſe argumentum: ſuſpenſus homo, ante Anatomen merſus, aquam geſſit in Pul-

Pulmone: ergo ipſa hæc demerſionis aqua hujus mortui hominis ſubintravit Pulmonem. Penitus ſubvertunt obſervata mea poſteriora, ut arbitrantur, hanc concluſionem.

Reſpondeo 1mo. *Lugdunenſes* noſtri amici ex priore ſua concluſione alteram & quidem hanc, formaverant: ergo Demerſus omnis, cujus carent Pulmones aqua, morte violenta peremtus fuit, priusquam præcipitaretur in flumen. Jam contra experimenta illorum, me mea docuerant illorum in Pulmone ſpumoſam aquam inventam eſſe, quos merſeram mortuos. Argumentum proinde eorum ſecutus, debebam ex contrariis experimentis Theſim contrariam ponere; quandoquidem ii ipſi, ſi meis experimentis adſtitiſſent, aquam in mortuorum Pulmones intrare poſſe, pro eo, quo ſunt candore, ultro faſſi fuiſſent. Videatur

 qui

qui hanc objectionem præverterim *Cap. II. Sect. II. ad finem §. VI.*

Sed 2do. cum viri immortalis *Morgagni*, tum mea ipſius experimenta, & obſervata, omnia illorum argumenta & concluſiones penitus ſubvertunt, quandoquidem non eorum duntaxat, quos mortuos ſubmerſi, verum etiam illorum, quos morbi communes ſuſtulerunt, Pulmo hac ſpuma manaverit. His enim ſic toties demonſtratis, qua demum veri umbra ſuſtinere ultra hoc ſuum argumentum poterunt: *nunquam in Pulmone hominis ſpumoſus liquor invenitur, niſi in illius, quem vivum merſerit unda. Ergo omnis, qui ſpumoſam aquam in Pulmone gerit, vivus fuit merſus?*

CAPUT

CAPUT III.

DE HYDROPE IPSIUS PULMONIS.

§. I. *Ex infortunatis experimentis noſtris videmur id lucrati, ut in lucidiorem* veri Hydropis Pulmonis, *proprie ſic dicti, pervenerimus notitiem. Dubium videtur num* Hippocrates *hoc nomine eum intellexerit, quem nos, morbum; & an non, vel Tumores Cyſticos aquoſos, ſeu Hydatidas, vel Hydropem Thoracis, innuerit? neque aut* Aretæum, *aut* Trallianum, *aliud quam* Hippocratem, *ſubintellexiſſe liquet.* §. II. *Recenſitis ſententiis* Mercati, Jacotii, Martiani, Piſonis, Ruischii, Albertini, Boerhaavii, ejusque illuſtr. Commentatoris van Swieten, Simſonis, Maloetii, Tozzetti, *id unice colligi poſſe videtur, quod ſi quando-*

que appareant velle de noſtro morbo ſermonem facere, mox, ut Hippocrates, *vel de Tumoribus aquoſis Cyſticis Pulmonis, vel de horum tumorum Lympha in Thoracem effuſa, & pectoris Hydropem generante, tam in Diagnoſi, quam in Prognoſi, curaque, loqui videantur.* §. III. *Colliguntur accurate omnia ſigna obſervata unquam in vita eorum, qui a morte inventi ſunt vero cellulofitatis Pulmonis Hydrope laboraſſe, & qui eundem annoſum citra graviora incommoda, niſi per intervalla, tulerint: multa conveniunt cum phænomenis Hydatici Pulmonis, & Hydropis pectoris.* §. IV. *Curatio Hydropis Pulmonis.*

§. I.

Quod anxie quærimus, non invenimus ſæpe, ut inveniendo quod minime quærebamus, damnum fruſtrati repararemus laboris. Sic ad magnam fortunam viam infortunia ſæpe pandunt: ipſique per im-

immenſum Pelagus errores, atque naufragia, nos ignotarum Regionum divitiis cumularunt. Nobiscum comparatum eodem modo eſt. Curas Submerſorum & Suſpenſorum, quas, idoneo tempore adhibitas, toties vitam conſopitam revocantes, univerſa jam lætatur *Europa*; nos etiam tempore idoneo dudum præterlapſo, an forte tunc adhuc effectum ſortirentur, irritas experti; incidimus, Deo, a quo omnia, & quo ſine nihil, ſic benigniſſime diſponente, & in tutiorem graviſſimæ Medico-legalis quæſtionis ſolutionem, & in morbi cujuspiam abſtruſioris, latentiorisque, gravioris nihilominus, ac frequentioris, illuſtrationem: *Hydropem* volo, non *Pectoris;* fuſe quippe ille tractatus ab Autoribus eſt; ſed ipſius *Pulmonis*: cujus verus in Medicina deſideratur hucusque intellectus. Quod ut clarius oſtendam, ab ipſis Medicinæ, in artem converſæ, incunabilis exorſus, perque ſæ-

cu-

culorum ordinem proſecutus, docebo quid notum de eo hucusque fuerit, quidque demum ejus notitiæ atque curæ, noſtri cæterum inanes addiderint labores.

Hippocrates Lib. II. de morbis Cap. XXIV. Edit. Chart. Tom. VII. pag. 576. Ὕδερον πλεύμονος, *Hydropem pulmonis* deſcripſit, in eoque Febris meminit, tuſſis quoque, & reſpirationis denſæ, atque confertæ, pedum aliquando & ventris, ſcroti etiam ac faciei, tumoris, unguium contractorum, hocque morbo laborantes iisdem, quibus ſuppuratos, remiſſius tamen ac diutius, affici ſolere . . . Eosdem non nunquam ſe exiſtimare curatos, in ventrem humore effuſo: verum eadem mala, iisque pejora, redire. Num hic de vero *Pulmonis Hydrope*, & non potius de eo, qui Thoracis eſt, *Hippocrates* diſſerat, quandoquidem ſolitam ſuam Diagnoſin, & curam *Hydropis* Thoracis, hic addit, cui convenire, minime vero *Hydro-*

pi

pi pulmonis, hæ videntur; non admodum urgeo, judicio potius ſubmitto ſapientum. Par mihi dubium eſt de textu *libri de Internis Aff. Tom. VII. Cap. 24. pag.* 655. Illud modo notavit *Hipocrates* quod *Hydrops Thoracis* ex Pulmonum Hydatidibus nonnunquam naſcatur, inventis quippe a ſe in varii Brutorum generis Pulmonibus; quæ ſcilicet ruptæ pectoris crearent Hydropem. Porro deſcribit in hisce ſingulis textibus cum ſymtomata, tum curationem *Hydropis pectoris; Hydropis* vero ipſius *Pulmonis*, Hydatidas iſtas, de quibus proprie nulla hic quæſtio, ſi exceperis, nec ſymtomata narrat, nec curationem.

Fugitivum verbum *Aretæo* elapſum eſt, *pag. 94. Edit. Leyd.* περὶ τȣ̃ ἄφρȣ; quale quid & *Alexandro Tralliano* excidit *Lib. V. Cap. IV.* nihil vero diſtincte utrisque: ut minime pateat notum iisdem morbum fuiſſe. Plurimum laboris impendi pervol-

vendæ

vendæ Bibliothecæ Medicæ trium poſteriorum ſæculorum, ut quid lucis mutuarer a majoris nominis Medicis; verum ſi qui morbi meminerint, vix cognoviſſe eundem videntur, quandoquidem eum mox cum *Hydrope Thoracis* confundunt. *Ludovicus Mercatus* nonnihil plus de vero ipſius Pulmonis Hydrope, eoque ab illo Thoracis diſtincto, obſcure diſſeruit, *Tom. II. Lib. II. Cap. IV. Deſiderius Jacotius* autem ſæpius in cadavera incurrerit oportet, quorum Pulmones ſpumoſum fudere liquorem; ſuo enim Commentario in *Hollerii Lib. V. text. 62. Coac.* expoſitionem, de ſanguinis ſputo, utrum ex Hepate, an ex Pulmone prodeat, diſcernendo agens, *quum leviter, inquit, ſpumæ permiſcetur ſanguis, ex Gutture, Thorace, Hepate, prodire poteſt: cum vero plurimum ſpumat, e Pulmonis vaſis effunditur, cum totus ſpuma eſt, ex Viſceris carne, cu-*

jus

jus induit ſimilitudinem. Eſt enim Pulmo veluti coagulata ſpuma.

Proſper Martianus in Comm. ad verſum 197. Lib. II. Sect. 3. Hipp. de morbis, ipſum Parenchyma Pulmonis hydropicum fieri agnoſcit; ſuamque Lympham in cavum Thoracis transſudando, gignere pectoris Hydropem; ita tamen, ut una conſiſtere ſic & Pulmonis poſſit, & Pectoris Hydrops. Ceterum inter numeroſiſſimas apud *Bonnetum* hiſtorias vix unam, quæ ad ſcopum hunc noſtrum faciat, reperimus.

Carolus Piſo, ſæculi XVII. inchoantis celeberrimus Autor, morbum novit, deſcripſit, curamque adjecit, breviter quidem, aſt lucide ſatis, *Libr. de morbis ex coll. ſer. natis, ſect. III. Cap. VI.*

Eo ipſo ſeneſcente ſæculo, *Thomas Willis*, cum *Lowero* ſuo, clarus & inſignis, morbum dilucide apud *Anglos* novit, deſcripſit, in decurſu proſecutus eſt,

&

& ſuam curandi Methodum evulgavit. *Pharm. rat. Part. II. ſect. I. cap. 6.*

Ill. Baro van Swieten, in Comm. ad §. 1220. Boerhaavii, nobis ex *Ruiſchio*, *Albertino*, *Simſone*, & *Maloëtio*, nonnulla refert, quæ ad verum Pulmonis Hydropem pertinere videntur: haud tamen ſic, ut cadaverum ſectione demonſtraverint hi Autores morbum: *Ruiſchius* enim non loquitur, niſi de Pulmonis celluloſitate aëre turgida; *Simſon* vero fatetur rarius Hydropem Pulmonis in cadaveribus inveniri; partim quia facilius curationem recipit, partim quia Hydrops pulmonis pertinacior, facile, rupta tali *Vomica aquoſa* pulmonis, in Hydropem abeat Thoracis: an igitur *Simſon* directe de noſtro morbo egit? & non potius de cyſtico tumore aquoſo in pulmone? Tandem doctiſſimus *Maloët* in tota ſua diſſertatione ne meminit quidem *Hydropis Pulmonis*, ſed unice modo ſaccorum duorum,

rum, plenorum ſero, Hydatidum in morem, qualem & jecur in eodem corpore gerebat. Hydatidas atque Pulmonum hydropicos ſaccos, in laudato Aphoriſmo *Boerhaavii Ill. Baro* recenſuit: ipſam Pulmonis fabricam celluloſam lympha repleri, hancque vel in cavum Tracheæ aliquando transprimi feliciter poſſe, vel infortunate in cavum depluere Thoracis, utrique admiſerunt, *Boerhaavius*, & *Swietenius*; ex profeſſo vero de eodem neque hi, neque quos laudarunt, Autores, egerunt, ut de *Hydrope pectoris*, *ventris*, *ſcroti*, &c. egerant.

§. II. Ex omnibus igitur liquet paucos extitiſſe ſummorum Medicorum, qui ex Anatome morbum noverint; ut certo videantur vel oſcitanter præteriiſſe eundem, vel crebritate obſervationum Pulmoni naturalem crediſiſſe, qua exundaret, lympham. Profecto quisquis cum *Morgagnianis* obſervatis mea con-

junxerit, minime rarum eſſe morbum intelliget, mirabiturque proinde nullibi fere eundem ex profeſſo tradi, per ſigna indicari ſua, vel ſua diagnoſi, prognoſi, atque curatione, exponi. Perpauci enim ipſum nomen recenſuerunt: quique recenſuerunt, ut *Hipp. Gal.* cæterique, aut intellexere eo nomine Thoracis Hydropem, aut ſive in Pulmonum ſuperficie extantes, ſive vomicæ in modum in ipſa Pulmonum ſubſtantia locatas Hydatidas, quæ, more vomicarum, vel in aërea pulmonum vaſa, vel dorſo ſuo in cavum exonerare ſe pectoris poſſint: ſique forſan Pulmones in tota ſua celluloſitate poſſe hydropicos fieri exiſtimarunt, ut *Piſo*, *Albertinus*, *Simſonus* &c. id ſane nulla demonſtratione, ſed mera conjectura ex quibusdam ſymptomatibus protulerunt. Si enim cum incipiente partium externarum œdemate, difficilior redderetur reſpiratio, ut *Albertinus*;

tinus; vel ſi aut vultus, aut malleolorum tumorem reſpiratio anhela, vixque tangibilis præ ſuppreſſione pulſus, concomitaret, ut *Simſon*; vel ſi poſt prægreſſum aquæ quam plurimum potum, homo reſpiratione laboraret, cum ſignorum cujuscunque Pulmonum morbi abſentia, ut *C. Piſo*: Hydropem verum Pulmonis adeſſe conjectarunt, cadaverum autem inſpectione nunquam probaverunt. In quo igitur illi defecerunt, nos peculiariter in hoc capite verſemur oportet, ut morbi natura curaque pateſcat.

§. III. Hinc quæ alii, quæ nos, in vita eorum, quos Pulmones hydropicos a morte invenimus, peculiariter notavimus, hic recenſebo. *Em. Card. Barbadicus* catarrhoſus in vita fuerat, & catarrhoſa febre epidemica perierat. *Vide Capitulo II. Sectio IV.* Et in cancroſo, & in hernioſo, inventus ſic Pulmo fuit; vita anteacta ceterum non additur. *ibid. Mu-*

lier autem cui ſpumoſus a morte pulmo, magnas anxietates paſſa erat, multamque expuerat ſpumoſam, ac ſanguine tinctam, materiem. *ibid.* *Ebrii hominis* vita anteacta non memoratur. *ibid.* *Figuli* hiſtoria non additur, niſi quod ſtrenuus potor eſſet. *ibid.* *Ancillæ, minus a tribus menſibus menſtruanti*, & a capto frigore in Pleuro - peripneumoniam illapſæ, in morbo hoc ex ore effluebat humor aquæ inſtar ſpumoſæ, in qua caro recens lota ſit. *ibid.* *Vir intemperantis vitæ* magnas paſſus fuerat in reſpiratione anxietates, palpitationes cordis, & corporis œdema. *ibid.* *Lotrix* a ſexennio ſpirandi difficultate, quæ aſthmatis convulſivi ſpeciem habebat, ſæpe in Noſocomium, conſilium captura, venerat, & eodem morbo ibi moriebatur tandem. *ibid.* *Pleuritici* Hiſtoria non additur. *ibid.* Sed *Adoleſcentulus* ultra tres menſes difficulter ſpiraverat. Hæc de ægris, quorum pulmo-

nes

nes ſpuma ſcatentes invenit *Morgagnus*: jam de noſtris.

Noſter *rude donatus Miles Cap. II. Sect. III.* multis ab annis tuſſi, ſputorumque tenuium excretione, laboraverat, inque letali ſuo morbo unicum aderat a ſputis tenuibus ſpumoſisque levamen. *Studioſus* a ſex annis tuſſi, anxietate, lateris ſiniſtri dolore, febre varia, corrhyza, catarrho, frequenter laboraverat, ſuaque in letali pleuro-peripneumonia pauca quidem, ſed tenuia, ac ſpumoſa, modico ſubinde muco miſta, ſputis reddidit. *Reverendus Sacerdos* ab annis 20. catarrho frequenti vixerat obnoxius, ſudandoque frequenter malum mitigaverat. *Belli Dux* præter cordis palpitationem, a quatuor retro annis multa vexatus tuſſi fuerat. *Saltator* noſter ſe ſæpe vehementer eo exercitio, in quo peritus Artifex audiebat, ſe defatigaverat, & catarrho non raro laboraverat. *Febre ardente* in

noſtro Noſocomio *defunctus* ter in vita Pleuritide decubuerat; ante quadriennium ultima. Sed & ante biennium ſcabiem unguento repulerat, & conſuetam Venæſectionem hoc anno præterierat.

Et ut tandem de aliis ſupra laudatis viris aliquid dicamus; quamvis ſupra jam nonnulla retuli; egregius *Piſò Sect. III. Cap. VI. pag. 235.* ex frequenti aquæ gelidæ, præprimis autem exæſtuante corpore, potu, *Adoleſcentulum ſcholaſticum* in hydropem verum pulmonis incidiſſe judicabat, *cum ex illa gelidæ potandæ conſuetudine duos ante menſes ſpirandi difficultatem pati cepiſſet, quæ ſenſim increbreſcens æqualiter ſine febre, & ſine tuſſi orthopnœica, & ſtertoroſa quodam modo videtur jam fieri: nam non niſi cum alto anhelitu, & gravi, ſpirare videtur, imo auditur, & decumbit ſemper cum gravi ſtertore: ac tametſi corpus exercere poteſt, a* labo-

labore tamen quolibet non mediocriter af-fectus augeſcit.

In Inſt. Bonon. Tom. I. Albertinus œdematis pulmonis Diagnoſin formavit, quando una cum œdemate partium externarum ſtatim adſit difficilis reſpiratio.

Simſon Act. Edimb. Tom. V. Part. 2. Oedema ſeu Hydropem Pulmonis ſuſpicabatur, ſi vel vultus, vel circa malleolos pedes, intumeſcerent, cum reſpiratione difficili, pulſuque præ ſuppreſſione vix tangibili.

Maloët Acad. Sc. R. P. anno 1732. Vomicas aquoſas in cadavere duas, uncias ſex pellucidæ lymphæ continentes invenit, in ſingulo pulmone ſingulam. Homo miles fuerat, magna difficultate reſpirandi laborans, cum febre lenta, nec in dorſum nec in alterutrum latus cubare valens præ moleſtia tunc percepta pectoris, unde erectus paſſim eſſe cogebatur: brachia & manus, cruraque

ac pedes, obſidebat œdema. Signa hæc multum conveniunt cum iis, quæ narrantur eſſe Pulmonis in ſua cellulari ſubſtantia vere hydropici; ut in *Morgagni* noſtriſque experimentis.

Targioni Tozzetti Racc. prima pag. 83. conjecturas habuit præſentis hujus mali ex conſimilibus ſymptomatibus, & ab excretis aliquot libris materiæ ſimilis ovi albumini; at vero cum unus a morte examinatus anatomice non fuit, alter convaluit, uterque homo *Tozzetti* non demonſtrationem Hydropis aut *cyſtidis* Pulmonis, ut in caſu *Maloëtii*; aut *cellularis*, ut in noſtris; ſed meram conjecturam, reliquit.

§. IV. Igitur catarrhoſa diſpoſitio diuturna, vel ſine tumore oedematoſo ſive faciei, ſive inferiorum crurum, ſive corporis fere univerſi, vel cum tumore earundem partium: reſpirandi anxietates validæ, cum ſpumoſa materie, ſan-

guinis

guinis leves notas gerente, ſputando ejecta: Spiritu abundantes potus prægreſſi: Menſium inſolita paucitas: Vitæ intemperantia, quæ reſpirandi anxietates, cordis palpitationes, & corporis œdema genuerat: Dyſpnoea frequens, ac convulſivum aſthma ſimulans, idque demum letale: Dyſpnoea trium menſium: annoſa tuſſis cum copioſa muci ſpumoſi per ſputum excretione: Diuturna tuſſis cum frequenti & anxietate, & dextri thoracis lateris dolore, frequentique febre, catarrho, corrhyza: Catarrhoſa 20. annorum diſpoſitio, quæ annua ſudorum curatione levari ſolebat: Tuſſis multa, atque annoſa, cum palpitatione cordis: prægreſſi inflammatorii pectoris morbi: retropulſa ſcabies &c. hæc ea ſigna ſunt, quæ & nos, & alii, qui morbi cauſam non conjectando, ſed inſpecto cadavere percepimus, in vita prægreſſa eſſe obſervavimus: reliquorum

autem Scriptorum, qui ex ſemel iterumque aquoſa pulmonis vomica inventa, eam poſtmodum adeſſe ſuſpicati ſunt, ſigna morbi haud abſimilia deprehenduntur iis, quæ hucusque recenſuimus.

Et ſane ſimilem caſum, quo hæc nunc tempore ſcribo, Noſocomium habet.

Mulier ægrarum noſtrarum miniſtratrix, 28. ann. nupta quidem, ſed nunquam adhuc gravida, cum a decem retro annis peſſima intermittente febre, eaque diuturna, curata eſſet, longo tempore comatoſa fuit, expergefacienda ut comederet, mox a paſtu iterum ſoporoſa. Poſt trium ſeptimanarum ſpatium hoc coma ceſſit univerſi corporis oedemati: hocque iterum Cephalalgiæ intolerabili, quæ demum curabatur copioſæ materiæ, flavo-viridis, per nares aureſque profluvio; ita tamen, ut poſthac æque æſtate, quam hyeme, perpe-

tuo

tuo repetentibus, ut vocant, Catarrhis, obnoxia hucusque vixerit, pauca ſputa tenuia, mucoſa, ſanguine ſubinde tincta, reddens, cum pectoris ardore, & non infrequenti dolore.

Ineunte Decembri ann. 1772. ejusmodi Catarrhum habens, hunc reticuit 14. dierum ſpatio, munus ſuum perficiens, ſuum modo ſolitum ſe pati Catarrhum ceteris Noſocomii domeſticis aſſerebat. Jam vero febris, tuſſis, anxietas, ſputa admodum cruenta, Pulſus ſuppreſſus, Cephalalgia, Viriumque defectus tantus, ut ſe mihi ſiſteret, atque ego illico libram medicam ſanguinis ipſi detraherem, cujus ſanguinis tertium vaſculum albam geſſit denſamque cruſtam. Porro in corpore hoc phlegmatico, tam fera fuit inflammatio pleuro-peripneumonica, ut Plethoricæ inſtar tractanda fuerit; & ut poſt quater iteratam Venæſectionem ſputis paucis, iisque aquoſis,

ſpu-

ſpumoſis, mucoſis, ac ſubinde ſuppurulentis; alvo per omne morbi tempus craſſæ pultis inſtar, & quotidiana; Sternutatione frequenti per plures dies; & urinis Sabulum paſſim ſiſtentibus, menſis circiter ſpatio ſic de hoc morbo convaluerit, ut primum major minorve & tuſſis & anxietas, redeunsque ſæpe corporis œdema, eam leviter affecerint, licet ancillare obiret quotidie munus; & ut tandem fere omnia ſymptomata deſierint. Hæc profecto ſigna habet Pulmonis Hydropis multa, quorum laudati Autores meminerunt, eaque jam tot retro ab annis hucusque. Seroſa colluvies poſt febrem coma primum, ſuccedens comati oedema, ſuffecta oedemati cephalalgia, & cephalalgiæ criſis pro parte duntaxat per aures naresque facta, pulmonis oedema ſeu Hydropem genuit. Imo ne curata quidem ſic Cephalalgia per illam criſin fuit, quin Cephaleæ in mo-

modum ſæpius affligat fœminam, & veſicante ad nucham admoto conticeſcere ſoleat. Morbum hunc bono regimine, moderato motu, auxiliis expectorando, urinam, alvum ac diaphoreſin promovendo agentibus, ſeroſa hæc colluvies verno hoc tempore ſic emendata eſt, ut reſpiratio bona ſit, ni ſe nimio exercuerit motu, tuſſis rareſcat, corporis, ac vultus præſertim, oedema exulet; jamque diatheſis ſeroſa ne redeat, ferratis anniſi aquis, fortunatiſſime progredimur.

§. V. Curationem morbi ex laudato mox *Carolo Piſone* petitam huic mulieri adhibui. Quippe ex eodem, elapſis abhinc ferme quadraginta annis, morbi petiveram notitiem; atque in omnibus ſeroſis capitis, pectoris, ventris, articulorumque morbis, illum conſulens, opem haud plane mediocrem in morbis iſtiusmodi cognoſcendis & curandis me tuliſſe fateor: unde & Auditoribus meis

inter

inter Principes practicos laudare *Piſonem* ſoleo: ne vero idem repetam, & *Piſònis*, & memoratorum Autorum omnium, curandi leges ſic ſunt, quemadmodum mox in §. IV. exemplo oſtendi: modo aliqua adjungantur, quæ Noſocomiorum conditio paſſim vetat, ut aër ſerenus ac ſiccus, vel Aromaticorum fumo, talis, vel potius locata in Montanis habitatione; ſicca cum lecti ſtragula, linteaminaque, tum corporis indumenta; victus ſiccus; Equitatio, motusque omnis, quo perſpiratio libera ſit ac larga; victus ſiccus; parcus, isque roborans potus &c.

Cura hæc multum differt ab ea, quæ cæteris Pectoris obſtructionibus, Phthiſin minantibus, adhiberi ſolet: unde plurimum confert hujus morbi ſigna & ſingula, & omnia, accurate adnotaſſe, ne aliena medicina, alieno in caſu noxia, alieno adhibeatur morbo.

CAPUT IV.

DE DÆMONIACIS.

§. I. *Ratio hujus Diſſertationis.* §. II. *Hiſtoria fæminæ a Dæmone 18. annorum ſpatio obſeſſæ habitæ, quam fictam Noſocomium deprehendit.* §. III. *Notabilis impoſtura ſimilis ex Hiſtoriographis Gallis, multum illuſtrans hoc negotium.* §. IV. *Phænomena quæ adeſſe iis dicuntur, quos obſidet Dæmon.* §. V. *Difficultas ea verane, an ficta ſint, dignoſcendi. Alia vident hic qui mente præoccupati, alia qui non. Ficti morbi multum faciunt ad fictas obſeſſiones Diaboli interſtinguendas. Methodus num fictæ eædem ſint, an falſæ internoſcendi.* §. VI. *Quid proprie de obſeſſione Dæmonum ſtatuendum ſit. Solutio Difficultatis formatæ ex ſana corporis poſt inſultum conſtitutione. Solutio quarundam quæſtionum.*

§. I.

§. I.

Ingratam plane rem, tædioſamque eandem, ac plane erubeſcendam, iterato tractare compellor, quantumcunque hanc *Tomo V. hujus mei annui operis* abunde tractaſſe mihi viſus ſim. *Dæmoniacos* volo, quos *credula gens* multos exiſtere cenſet, cujusque credulitatem ii heu nimium! firmant, augentque, quorum fuiſſet antequam ſuum officium periclitarentur, aut per ſe, aut per aptos operi viros, inquirere, utrum vera Dæmonis obſeſſio foret, an vero aut morbus, qui poſt maturum examen nihil videretur præternaturale habere, aut demum ars mere præſtigiatrix, eſſet. Cum dedecori & Eccleſiæ ſit, & Reipublicæ, ludibrio toties a vaferrimis hominibus exponi, mearum partium eſſe duxi ad hanc rem illuſtrandam operam omnem navare, in qua utrum temerarius habendus ſim, an bonus Eccleſiæ, Reique publicæ civis, veri,

&

& æqui, religioſique Cenſores, dijudicabunt.

§. II. Porro ut ordine hæc pertractatio ducatur, enarranda hiſtoria erit, quæ fundamentum jaciat dicendorum. Mulier 41. annor. ſutoris in agro *Linziano* uxor, ab annis retro 18. elapſis Diabolo obſeſſa dicta fuit, ſic ut primis tribus annis rarius, poſterioribus quindecim vero neque vel unicum diem noctemque, Diabolus illam tranquillam reliquiſſet; ita ut de hac re nullum videretur dubium ſupereſſe, Eccleſiaſticis viris, pietate, doctrinaque conſpicuis, id ſancte teſtantibus.

Verno hoc tempore ſutor viam diu quæſitam demum invenit, libellum ſupplicem in AUGUSTISSIMÆ NOSTRÆ IMPERATRICIS ac REGINÆ manus tradendi, quo ejus erga ſe, quem & pauperies, & obſeſſa a dæmone uxor dire premerent, miſericordiam, bene-

volentiamque excitaret. His intellectis, AUGUSTÆ nota ſingulis ſagacitas, verique amor, eo ejus animum impulerunt, ut juberet hanc feminam *Linzio Viennam* transferri, meoque in Noſocomio examinandam ſiſti. Noſocomium inferebatur 5. Junii proxime elapſi. Tres quatuorve horis quotidie cum illa occupatus, teſtis loquar autoptes; quæ me abſente contigere, ex Diario Noſocomii exactiſſimo ſuppleturus.

Mox illata in Noſocomium maledixit benigniſſimo SERVATORI, AUGUSTISSIMÆ, iisque, qui eam *Viennam* duxerant. Repoſita in lectum horrende contorquere ſe cepit, oculos rotare in omnem partem, ut plerumque nihil niſi eorum album, ſed perpetuo motum, convulſumque adpareret. Omnes faciei muſculi modum in omnem convellebantur. Collum novit ita & in humeros, & præcipue in dorſum flectere, ut ſimile viderim

rim nunquam. Interea vociferabatur, cantilenas cantabat aut germanicas, aut incondito ſermone non intelligibiles, quaſi exoticam linguam æmulari conata. Ad hæc cepit corpus in ſemicirculum agere, caput ac pedes lecto figens, ventrem in altum: mox extendere ſeſe, & altitudine aut pedis, aut ſeſquipedis, totum corpus in ſublime conjicere, idque haud minus celeriter, quam frequenter; forte vigeſies, trigeſies, & ſæpius, ſine interpoſita quiete; poſt momentum quietis, idem repetivit, moxque demum imprecationes in DEUM, in AUGUSTISSIMAM, in Maritum, & hoc modo ultra horam continuavit.

Interea temporis & Roſarium, & S. Crucem, in manu habens, ter in terram indignabunda projecit, terque redditam oſculata amplexaque eſt, imo veniam a DEO rogavit, moxque illi iterum male-

dixit, monens nos prius ſe, mox iterum in ſe diabolum, loqui.

Has, & plures aut alias, aut mutatas hinc inde geſticulationes edidit, pulſu ac reſpiratione ſemper poſt agitationes ſumme naturalibus.

In media interquiete ſic fuit, ut mente ac corpore ſaniſſimam illam dixiſſes, & vitam ſuam totam non plane laudabilem narrabat, & quæ a diabolo jam 18. annis patiebatur, quamque ardenter ſæpe a DEO petiiſſet, ut ſe a tanto hoſte liberaret: in media ejusmodi confabulatione ſuas convulſiones imprecationesque repetebat.

In prandio ac cæna comedit bene, quamvis a Diabolo deglutitionem ſibi impediri diceret. Ab Opii grano ſex horis tam bene dormivit, ut ronchus audiretur. Expergeſit. Roſarium, aliasque preces, flexis genubus orat. His abſolutis, paroxyſmum repetit, maledicit DEO,

ve-

veniamque ab ILLO petit: communicat demum confidenter cum Cuſtodibus & Aſſiſtentibus, diabolum mox ſibi pro ſua cum illa familiaritate inter alia ſua arcana id revelaſſe, quod Profeſſorem Noſocomii hodie lubentiſſime interimere vellet.

Interea advenio, audio quæ geſta erant, repetentis convulſionis ſpectator ſum, jamque fuci per omnia gnarus, experimentum *Tomi V. pag. 137.* inſtituo, dæmonem fugo, & quæ quindecim annorum ſpatio ne unicam quidem diem noctemve, ſe ab inſultu diabolico liberam fuiſſe teſtata erat, jam ab hora nona matutina diem hanc, & alteram, & tertiam tranſegit, tranquille, rationabiliter, devote; femineum manibus laborem ad fallendum tempus exercuit, comedit optime, & colicam ſemel conqueſta, ab Enemate bene habuit.

Ad finem hujus lucidi intervalli familiariter blandeque cum illa conſabulans, conatus ſum eam convincere quod non eſſet a diabolo obſeſſa, cum vidiſſet per auxilia noſtra totum malum ceſſare; quod ſi diabolo autore natum eſſet, minime ceſſaturum fuiſſet: hoc cum ægre admitteret, dixi ſe melius convictum iri de hac mea aſſertione, dum malo forte adhuc redeunte, auxilium idem adhiberetur.

Hæc minime placuerunt: unde poſt mediam noctem leviter affici malo ſuo cepit: audiens vero curam priorem repetendam mox fore, tranquilla in horam ſextam fuit: tunc vero geſticulationes iteravit, ex lecto proſiliit, capiti innixa in pavimentum totum corpus in anteriora, ut pueri ſolent, projecit, lateraliterque ſe per cubiculum circumvolvit, viam ad me, remotius ſtantem, volvendo affectans, veluti me, ſi perſtitiſſem, in ter-

ram projectura. Blando meo hucusque habito cum illa ſermone in ſerium minantemque verſo, compoſuit ſe, & exinde toto, quo apud nos adhuc fuit, biduo, nihil ultra contra decus, contra rationem ſanam, contra bonos mores, geſſit. Rerum actarum gnara AUGUSTISSIMA, ne conſuetæ meæ ægrorum demonſtrationes in Noſocomio turbarentur, eam ad Noſocomium *S. Marci* duci juſſit: in quo recuſavit primo ſuæ vafritiei rationem cauſamque fateri; tenuiſſimo demum victu ceterum ſana & ſummi appetitus femina, demum coacta, confeſſa eſt ſe obſeſſam ſimulaſſe, cum ut Maritum vexare perpetuo poſſet, tum ut ſibi eleëmoſynas corraderet; artificium autem hoc a Militis uxore ſe didiciſſe.

§. III. Priusquam autem hanc hiſtoriam abſolvam, opere pretium duxi hic ſingularem quamdam hiſtoriam intermiſcere, quam mutuavi ex duobus ſcriptoribus

bus politicis ſummæ fidei, exiſtimationisque Hiſtoriographis, ac Galliæ ornamentis, *Thuano*, & *Mezeræo*. Compendio traditurus, remitto eos, quibus omnia legere volupe ſit, ad *Mezeræi Tomum III. pag. 1224. Edit. pariſ. anni 1685.* & ad *Thuanum Tom. V. ad annum 1599. a pag. 869.* per ſex ſeptemve ſequentes. Hæc hiſtoria noſtram illuſtrabit, multamque in curando monſtrabit paritatem.

Jacobus Broſſerius, pannificii ſui ruſticique laboris pertæſus, circulatoriam vitam prætulit, atque cum tribus filiabus, quarum *Martha* a dæmone obſeſſa dicebatur, vagabunde varias urbes adivit, ut ſuam cum filia *Martha* Comœdiam luderet. Cum veram obſeſſionem eſſe judicarent multi ſacerdotum, exorciſarunt quidem dæmonem, ſed illa exorciſmos eluſit omnes. Fraude *Aureliæ* ab Eccleſia detecta, aliorſum aberrandum erat, ut belle

con-

continuaretur. Itum ergo *Andegavum* fuit. *Carolus Miro*, Reverendiſſ. urbis Antiſtes, fictane an vera res eſſet, modis explorare variis contendit. Dum ad aquam, cui benedictum eſt, diabolus immaniter ferocire viſus eſt, ad aquam vero communem minime; permutata, ipſa inſcia, aqua, ad communem fremuit, ad ſacram minime. Exorciſmorum librum jubenti afferre alta voce Epiſcopo, dum clam profanum quendam librum tradi curaſſet, affertur *Virgilii Aeneidas*: magno tunc apparatu, veluti exorcizaturus, legit: *Arma virumque cano, qui Troyæ primus ab oris &c.* & mox furorem immanem & horrendas convulſiones *Martha* finxit. Unde Patrem & filiam vehementer corripuit Prælatus, & domicilium antiquum, laboremque, repetere juſſit.

Cum ſalutare hoc conſilium ſceleſtiſſimis his hominibus diſplicceret, *Pariſiis*, urbe populoſiſſima, ſe majorem fidem ha-

bituros arbitrati, mox illuc appulerunt, & ad S. *Genovevæ* Templum primam ſcenam luſerunt, eaque cum arte, ut plebs & potiſſimum *Rev. Patres Capucini*, quos, inter Pater *Seraphinus* eminebat, *Martham* a diabolo indubitato obſeſſam eſſe aſſeverarent. At vero *Eminentiſſ. Card. Gondius*, *Pariſinorum Epiſcopus*, examinandam feminam quinque celebrioribus Medicis tradidit; *Michaeli Mareſcotto*, *Nicolao Ellanio*, *Joanni Altino*, *Joanni Riolano*, & *Ludovico Dureto*. Cum neque latine, neque græce, interrogata quidquam intelligeret, ſed gallice modo, reſponderunt Medici *nihil a ſpiritu, multa ficta, pauca a morbo eſſe.*

Poſtridie Duretus, *cum* Ellanio, *infixa inter pollicem & indicem acu, an ſenſu doloris tangeretur, tentare voluit: cum ad ictum non tremiſceret, ille* & Ellanius, *petunt collegas advocari, & in craſtinum rem differri.*

Igitur

Igitur Kalend. Aprilibus *magna omnium expectatione* a Seraphino Patre *exorciſmi repetuntur; ad quos* Martha *oculos rotans, lingua exſerta, & contortis membris ac toto corpore, exhorreſcebat: tum ad hæc verba:* ET HOMO FACTUS EST, ſupina deſultatione veluti exoſſato corpore *fluctuans, ab altari ad valvas ſacelli, in quo erant, erepſit. Qua re perculſis adſtantibus,* Pater Seraphinus *commotior exclamavit;* Si quis ſit adhuc incredulus, hic ſpiritum intus agentem ſiſtat, & vitæ periculo cum eo luctetur. Heic *Mareſcottus* nihil niſi fictum videns, & impoſturam non ferens, ego vero *inquit*, periculum in me recipiam: ſpiritus, ſi poteſt, me validior ferat! *quibus dictis ſtatim contra obluctanti manus in cervicem injicit eamque conſiſtere jubet. Illa ubi ſe captam vidit, cum ſe amplius commovere non poſſet, ut impoſturam tegeret*, ſpiritum abiiſſe, ſeque reliquiſſe *reſpondit.*

Mul-

Multo dein ſermone *Thuanus* refert agitatum negotium & inter hosce Medicos fuiſſe, & inter quinque alios, qui prioribus ſuffecti erant; præcipue quia contrario experimento *Martha* nunc quibusdam viſa erat anglice latineque calere; quos tamen omnes refutabat egregie *Mareſcotus.* Vide *pag. 869. 870. 871.* Interim *Henricus IV.* metuens ne forte hæc præſtigiatrix adhiberetur, ad tumultus contra recens *Nannetenſe Edictum* concitandos, rem *ſupremo Pariſienſi Senatui* dijudicandam tradidit. Exacte *Martham* eſſe 40. dierum ſpatio obſervandam Senatus edixit, ſerioque a præcipuis urbis Medicis examinari: *hi vero nihil præternaturale ſubeſſe teſtati ſunt.* Hinc Senatus tumultum metuens, eoque propiorem, quo Templorum ſuggeſta de violatis Eccleſiæ privilegiis, hæreticorumque prædominante conſilio, fortius reſonarent, hanc errabundam familiam ſuum in Domicilium

um remiſit, Patri pœna corporali, ut vocant, indicta, ſi *Martham* egredi domo, citra loci Judicis veniam, ſineret.

At vero necdum finita res fuit. Vir nobiliſſ. ac rev. *Alexander Rupi Fulcaudius*, *ſancti Martini Abbas*, frater hujus nominis Cardinalis, & *Claromontii* Epiſcopi, forte a fratre inſtigatus, *Martham Avignonum* primum, deinde *Romam* duxit, ſpe fore ut autoritate *Patrum Societatis* hæc femina contra gallorum Epiſcoporum, & præcipue contra ſecularis Poteſtatis ſententiam, vere dæmoniaca pronunciaretur. At vero & *res Societatis*, cara ſua de *Gallia* pulſæ, poſtulavit, ne huic negotio ſe immiſceret, quo facilius Rex in ejus reditum commoveretur; & ſummus Pontifex, ejusdem impoſturæ jam gnarus, omne tentamen ſuppreſſit: miſerandus Abbas autem, exploſo toto negotio, ludibrio habitus, veniam a Rege petivit, non obtinuit,

bre-

brevique confectus mœrore interiit: *Martha*, paterque, Xenodochiorum ſtipe miſere vixere, ac periere.

§. IV. Ex his duabus Hiſtoriis, eorumque libris, qui hanc quæſtionem tractarunt, apparet dæmoniacis adſcribi 1$^{mo.}$ horrendas, inſuetas, ac præternaturales convulſiones, contorſiones, corporis in ſublime projectiones, rotationes, convolutiones. 2$^{do.}$ Clamores, ejulatus, boatus, balatus, latratus, mugitus, cantus. 3$^{tio.}$ Linguæ græcæ, hebraicæ, arabicæ, latinæ, cunctarumque Europæ Nationum, aut enuntiationem, aut ſaltem dum quis eos exotica lingua alloquitur, eum ejus intellectum, ut ſuo patrio ſermone apte reſpondeant ad ejusmodi interrogata. 4$^{to.}$ In ſuis agitationibus curſibusque a nemine poſſe, citra ſummum vitæ diſcrimen, ſiſti. 5$^{to.}$ Diras imprecari eos DEO, Beatæ Virgini, Angelis, cunctisque Sanctis. 6$^{to.}$ Furorem ſummum

mum ad lectionem divinarum rerum, ad auditum DEI, Sanctorum, rerumque ſacrarum nomen, vel applicationem; ad exorciſmos, &c.

In *Gallica Martha Broſſier*, & in *Auſtriaca* noſtra *Anna Maria*, videmus omnia hæc, vere perſonata contigiſſe, ac bene illas fuiſſe de agendis inſtructas. Optimum quidem noſtrum *Ludovicum Duretum* duo morabantur, ne impoſturam fateretur; indolentia ad puncturam, & rumor de notitie anglicæ ac latinæ Linguæ, non abs ſe quidem obſervata, ſed ab aliis enarrata; at vero primo nos in noſtris fictis dæmoniacis hanc indolentiam plus ſemel obſervavimus: ad hanc ſimulandam obduratus in malitia animus eas aptat. Si quis dubitet, videat *Tom. V. Rat. Med. pag. 134. & 135.* quo pacto ſceleſtiſſima mulier ter ſuſtinuerit profundam inuſtionem Chirurgi, indolentiam ſimulans, ne qua victum

quæ-

quæritabat Epilepſia, falſi argueretur. Secundo, *Dureto* examinanti donum linguarum defuerat, hoc dono *Martham* donatam eſſe alii negavere, alii affirmarunt. Novimus abunde quam ingenuoſa ſæpe rerum fictrix ſit mens humana, præſertim ſi eſt præoccupata. Qui *Linzio Viennam* noſtram *Annam Mariam* duxerunt, per omnia ſacra teſtari volunt eam, in itinere convulſam, ac S. Crucis imaginem in humum indigne projicientem, a tranſeunte Sacerdote latine juſſam fuiſſe a terra hanc levaret, oſculareturque, & mox executam mandatum fuiſſe. Nos ſimilia teſtari potuiſſemus, ſi non egiſſemus penſitatius. Verum per multa latine apud ipſam dicta, certi eramus ignotam illi hanc linguam eſſe; deinde intra horam contigit, ut ter a ſeſe S. Crucis projecerit imaginem, terque repoſitam in lectum oſculata, amplexaque fuerit; ſemel vidi non ab ea projectam

Cru-

Crucem, ſed ad latus poſitam, brevi in manibus ſumtam, habitamque honorifice fuiſſe. Porro ſi inter S. Crucis projectionem, & amplexum, quis noſtrum num latine aut græce calleret, his linguis exploraſſet, hæcque protinus juſſa hæc exequi viſa fuiſſet, anne veriſimilitudinem noſtra affirmatio habuiſſet de linguarum dono? jam vero, quod ter apud nos non juſſa fecit, oſtendit feminam latini ſermonis ignaram ſic in itinere feciſſe, uti non juſſa pluries in noſtro Noſocomio fecit.

Sed multos ſtupendæ corporis contorſiones movent, corporis in altum projectiones, horrendæque convulſiones enarratæ, quas ſola malitia non poſſe peragi exiſtimant. Reſpondeo his hæc nobis ideo præternaturalia non videri, eo quod paria illis in variis Epilepticis, et Catalepticis, non fictis, conſpexerimus: deinde omnia hæc mirifica Sympto-

mata et in iis, quorum *tomo V. Cap. IV.* memini, apparuiſſe; qui tamen totam rem ſe finxiſſe, et convicti et faſſi ſunt.

§. V. Ex datis Hiſtoriis hisce, ex libris de hac re agentibus, et ex noſtris *Tomo V. Cap. IV.* deſcriptis obſervatis, conſtat varias methodos quibus fucusne, an ſinceritas innoteſcat, adhiberi ſolere. Imitatione Reverendiſſimi *Andegavenſis* Epiſcopi, experimentum aquæ ſacræ, & profanæ lectionis pro ſacra, feliciter imitati ſumus: puncturas, vellicationes, ignes, efficaces ſæpe, non perpetuo, licet ſumma impoſtura eſſet, deprehendimus. Linguas nunquam caluerunt; ſed ferax imaginatio harum defectum ſupplevit, ut mox patuit; unde hoc tentamen rite captum ſemper irritum eſt. Si reſiſti iis ſine vitæ diſpendio non poſſit, & noſtra, & *Pariſina*, & omnes mei priores dæmoniaci, impoſturam oſtenderunt.

Re-

Reſtiti eis currere volentibus, ut conſiſterent, & meo juſſu jacerent, ſederentque. Hanc *Annam Mariam* in medio brachiorum ſuorum violento motu compoſui, ut non moveret ſe, imo in ultimo paroxyſmo omnem motum minis protinus ſufflaminavi.

Impoſturam præterea aliud demonſtrabat. Dum in molli lecto jacens, ac linteamine ſtraguloque tecta, corpus in pedis ac ſesquipedis altitudinem projiciebat, corporis opercula caſum per latera minabantur. Pudor ne denudaretur effecit, ut ter in unico paroxyſmo opercula in corpus adaptaret, eisque verum daret, ne caderent, æquilibrium.

Experimentum, ſeu tentamen aquoſum, nunc memorabo. Et hanc feminam, & alias, quarum toties jam laudato *Tom. V.* memini, unico momento ſic curavimus hoc tentamine, ut de paroxyſmo ne gru quidem ſupereſſet. Eſt cura comen-

mendatiſſima *Hippocrati* in *Tetani* ſpecie. Sex, ſeptem, octo in acie locati, & amphora frigidæ aquæ armati, ſtant: mulieri convelli jam ceptæ, aliasve geſticulationes edenti, primus ſuam amphoram in vultum, nihil tale ſuſpicanti, uno jactu totam effundit. Terror ab inſolita ſalutatione, horror frigore excitatus, conſpectus tot hominum vitris magnis amphorisve, ad proſequendam affuſionem adſtantium, ſiſtit paroxyſmum parumper; Sed cum malitia omnium tanta ſoleat eſſe, ut brevem poſt pauſam geſticulationes repetant, omnes ordine ſuum officium præſtant, ut unico tali experimento aliquando quinque ſexve menſuras aquæ profundamus. Tunc reſipuerunt omnes; induſium autem, togaque madida, mutantur, in calefactum lectum reponuntur bene tecti, ac calido jure carnium refocillantur, ne frigus corpora lædat.

Sic

Sic paſſim unica vice impoſtura detecta eſt, & plane ſuffocata; maxime ſi tunc a ſuprema poteſtate minæ ſeriæ intententur condignæ pœnæ, ſi vel minimum deinceps advertatur malitiæ indicium. Fuit tamen quæ hoc tentamen ſecundo inſtitutum fefellerit, & quidem hæc noſtra femina; cujus nihilominus malitiam minæ intentatæ mox compeſcuerunt, & penitus ſuffocarunt.

In ſingulis noſtris dæmoniacis dictis, ut & in fictis Aſthmaticis, atque Epilepticis, pulſum a paroxyſmo ficto finiente vix mutatum deprehendimus a ſanitate, & corporis univerſi vix læſas ullas functiones; interea dum in vera Epilepſia poſt paroxyſmum debilis, inæqualis, multisque modis peccans, ſoleat deprehendi, pluriumque per horas, diesve, miſerabilis teneat corpora languor. *Pariſinorum Medici* qui in cauſa *Marthæ* a parte *Ludovici Dureti*, ſummi viri, ſtabant,

bant, ex bono poſt paroxyſmum pulſu, corporiſque alacritate, vere dæmoniacam concludebant: *Mareſcottus* vero ex hiſce contrarium oportere confici cenſebat, fretus autoritate Evangelica, cum *Marci Cap. IX.* in curatione dæmoniaci legatur ſic: *Et cum videret JESUS concurrentem turbam, comminatus es ſpiritui immundo, dicens illi: Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum diſcerpens eum exiit ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, ita ut multi dicerent: quia mortuus eſt. JESUS autem tenens manum ejus, elevavit eum, & ſurrexit.*

Neque ineptum hoc *Mareſcotti* argumentum eſt. Omnes illi perſonati homines exercent ſe paulatim in vafro ſuo artificio, in quo ſi principio turbetur non nihil ipſorum corporum œconomia, paulatim nihilominus aſſuefacti, gaudio ſui

ſui in malitia profectus, ſpe eam perficiundi, mundumque egregie decipiundi, vix tandem a ſuis geſticulationibus aut defatigantur, aut anhelant. Dum nos Fabrorum ferrareorum Malleolos tollere, & aliquot ferre paſſibus cogimur, jam anhelamus, & pulſum cum reſpiratione mutatum habemus; interea dum ipſi Fabri malleum per horam elatis continuo brachiis agitantes, vix mutati deprehendantur. Nolim vero regulam invariabilem ficta a veris diſtinguendi hanc aſſerere; corpore enim debiliores, & maxime in impoſtura addiſcenda tirones, aut ne fraus detegatur meticuloſi, facile mutatos habere pulſus, mutatamque reſpirationem, poſſunt. Ceterum *Mareſcotti* argumentum admittendum videtur, & crebro nobis in mentita Epilepſia, mentitoque Aſthmate, magno auxilio fuit.

§. VI. Candida hæc geſtorum expoſitio offendere neminem poterit, neque

me de aliquo in Religione errore reddere ſuſpectum. Obſeſſos a diabolo homines multos fuiſſe, ex Sacris Evangeliis, & Apoſtolorum Actibus, certus novi, multos quoque prioribus Eccleſiæ ſæculis, Sanctosque numeroſiſſimos, virtute dæmones ejiciendi claruiſſe. Tandem nullus dubito, quin hinc inde adhucdum tales habeantur. Hinc veneror Preces, Exorcismosque Eccleſiæ, quibus illa utitur ſingula vice, qua ſacrum Baptismatis Sacramentum Catechumenis, Infantibusque confert, & veris applicat energumenis. Eſt hæres illa ſummæ benigniſſimi SERVATORIS noſtri in dæmones poteſtatis: hanc ipſi ut ſæpe prius, ita jamjam in cœlum adſcenſurus, ad mundi usque finem tradidit: *Dæmones ejicient. Marci Cap. 16.* At vero hominum vafrorum malitia tanta eſt, ut & fingant ſe dæmone obſeſſos eſſe, & venerandas Eccleſiæ ceremonias, venerandosque

doſque Eccleſiæ Miniſtros, ludibrio exponant. Hoc porro prævertere, decus ſervare Religionis ſacratiſſimæ, ſacrorumque ejus Miniſtrorum, cujusque, ni fallor, Catholicæ ſuæ Religionis ſplendorem amantis, omnino eſt. Hæc ſola me ratio compulit, ut a tot retro annis ea mihi indicia compararem, quibus verane res, an ficta eſſet, probe interſtinguerem: quo demum modo & vere a dæmone obſeſſi Eccleſiæ traderentur curæ, & impoſturæ convincerentur perſonati. Neque rem video dedecentem Medicos eſſe, quod, cum officio teneantur fraudulentos fictosque morbos a veris diſcernere, idque revera per certa tentamina præſtent, eadem quoque tentamina in uſum apud dæmoniacos vocent, ne ſceleſtiſſimi homines Deum, Religionemque vituperent. Profecto nullus video, quod ob id oporteat, liceatve in Medicos ſtomachari. Si de autori-

toritate Eccleſiæ actum eſſe, quando ſupremus Senatus, idque Medicorum opera, cauſam *Marthæ Broſſieriæ* dijudicabat, non minus ignari, quam fervidi Eccleſiaſtici clamitabant, profecto *Clemens VIII.* ſummus eo tempore Pontifex, ſic non cenſuit, etſi *Martham* jam *Romæ* ſe ſiſtentem, examini Eccleſiaſtico ſubmittere potuiſſet. Attamen ſi Viri Reverendi, quos ob Religionis cultum, morumque Sanctimoniam, veneramur, hoc noſtrum tentamen male ferant, lubenter id mittimus, illisque reddimus; modo cum haſce regulas, tum quas ipſis induſtria, uſus, ac Religionis amor, ultra ſuggerent, accurate, patienterque in uſum vocent. Nihil enim, niſi harum regularum neglectus, in cauſa fuit, ut hæc mihi demandata provincia ſit. Maxime optandum foret, ut ad ſacras Ædes, ad quas pia plebs convolare peregrinabunda conſuevit, legionesque

dæ-

dæmoniacorum conduci undique ſolent, debita tentamina Viri venerandi præmitterent; ne profanarent iſtiusmodi perſonati homines, neve Eccleſiæ miniſtrorum imperitiam, ſimplicitatemque, ſalſe riderent, dum in Miraculorum Diariis poſtmodum nefandum ſuum vident ſacrari vaframentum.

Finem capiti impoſiturus, duas me morari quæſtiones percipio, quæ quidem reſponſionem vix mererentur; eandem tamen cum multorum animis alte irradicata videantur, omnino poſcunt.

Prima eorum eſt, qui propter frequentes impoſturas ſtatuunt neque hodie exiſtere, quos obſideat, diabolus, neque olim extitiſſe: cunctas ſcilicet curas dæmoniacorum ennaratas morborum quidem mirabilium, at vero præternaturale nihil habentium, curationes fuiſſe, quam ſententiam eruditis jam olim, ma-

xime

xime vero hoc tempore Viris, Operum mole notis, vehementer placere video.

Hos porro primum rogo an admittant revelationem, nec ne? Hanc ſi non admittant, eos plango, non negantes diabolicam obſeſſionem ratus, niſi quia ſuo Materialismo infatuati, Pneumatologiam omnem rident. His mentem ſanam apprecati, eos volumus, qui admittunt Revelationem, eosdemque precor, ut depoſita præoccupatione, Sacra Evangelia cuncta pervolvant diligenter, notamque ad illos affigant, qui dæmoniacorum meminerunt, locos: centenario plures ejusmodi notabunt, qui ſincere, neque præoccupate, conſiderati, non permittent unquam illis ut ad non præternaturales morbos has referunt dæmoniacorum Hiſtorias. Videbunt dæmones id effatos, quod homines, quos obſidebant, ignorabant. In principio certe ignorabat Iſraelitica

tica gens JESUM, & MESSIAM eſſe, & DEI FILIUM; utrumque Diaboli homines obſidentes, ultro fatebantur. Ubique curationes morborum ab illis dæmoniacorum diſtinguuntur, diſtinctéque enarrantur. Quin & in gloriam ſuam intraturus SERVATOR, in ultimo ſuo ad Apoſtolos Diſcipulosque ſermone, *Marci 16. cap. Signa autem eos*, inquit, *qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.* Apoſtolorum igitur, eorumque, qui ipſis prædicantibus fidem amplexuri erant, diſtincta poteſtas fuit in res diſtinctas; quæ poteſtas & hic, & in tota evangelica SERVATORIS hiſtoria, tam diſtincte ſeparatur, ut qui voluerit præfracte negare, & morbos curare, & dæmonem expellere, res di-

ver-

verſas eſſe, affirmare neceſſario quoque debeat donum linguarum, venenique immunitatem, neque a curatione ægrorum, neque a diaboli expulſione quid ſeparatum eſſe, licet hic quadruplex, eaque diſtinctiſſima inter ſe poteſtas promitti videatur; quo quid dici abſurdius poſſit? Dolendum profecto in Pyrrhonico hoc ſæculo & plurimam gentis eruditæ, Revelationem credentis, turbam in abſonam hanc opinionem abire, & vel hac ipſa ſe doctiorem, ſe ſacrorum librorum intelligentiorem, eſſe opinari.

Quæſtio altera eorum erat, qui mirentur id nunc aſſeri, quod quantumcunque olim frequens diaboli obſeſſio fuiſſet, ea tamen nunc inter rariora ponatur: dum interea illi minime cauſam capiant, cur rarum hoc nunc foret, quod frequens olim: hominum nunc eandem quam olim conditionem eſſe, eandemque

Dia-

Diabolorum & malitiam & poteſtatem: videri proinde ſibi & præproperum nimis eſſe hoc de raritate obſeſſionis dæmoniacæ aſſertum, & quæ ad inpoſturam detegendam ex hac aſſertione laudantur, temeraria.

Hos primum rogatos volo, quo demum argumento probent, quod olim in rerum natura contigerit, id perennare, quandiu eadem rerum natura perſtet, oportere? Utique non ex revelatione, minusque multo ex obſervatione, id probabunt. Et in divinis rebus, & in humanis, non idem perpetuo apparet PROVIDENTIÆ ordo. Donum linguarum, donum Prophetiæ, donum ægros impoſita manu, aliave actione, curandi, communia in primitiva Eccleſia erant, jam vero rariſſima obſervantur. Quid lepra communius Judæorum? ſcatent ea veteris novique Teſtamenti Codices: uti dæmoniacorum hiſtoriam Evangelium

re-

refert, ſic & leproſorum; interea dum noſtro ſæculo pene ignotus morbus, niſi hinc inde apud Indos ſit. Ergo nihil ſolidi ejusmodi argumenta habent. Pro omni autem reſponſo ſufficit detecta impoſtura; ita ut velimus, nolimus, paucos noſtra, paucos Patrum noſtrorum memoria extitiſſe, quos obſederit dæmon, ultro fateamur.

APPENDIX.

*D*ie *20. Aug. 1773.* fatalis contigit caſus ad Paludem prope *Danubium*, in loco, quem *Thabor* vocant; qui cum ad argumentum, quo toto capite ſecundo hujus Operis occupabamur, mirifice faciat; typis autem illo jam edito contigerit, neceſſario hic memorandus eſt.

Adoleſcens 16. annorum, multis ab annis valetudinarius, pertinaci laborans diuturnaque ſcabie, piſcatus hamatilis adeo immodicus, ut ob eundem pridie vapulaſſet; denuo hoc die, hora decima antemeridiana, vento procelloſiſſimo, in vicina Palude, binis tribusque pedibus haud profundiore, hamans, ab altiore amne pronus in aquam incidit, idque in acutum abruptumque veteris hu-

jus paludis aggeris palum. Emerſit, vociferatusque eſt. Vidit, atque audivit eum, præteriens femina, quæ auxiliari cum ſarcinata non poſſet, in opem vicinos compulit hortulanos. Convolantes undique hi, oblongum, quem caſu reperiunt, aſſerem luctanti cum aquis porrigunt, quo arrepto eum in continentem ducant; at vero ille genubus tenus tenaci limo immerſus, expedire non potuit ſe. Nonnullis interea vicino in horto uncum quærentibus, altius inſigitur limo Adoleſcens, ſubmergiturque. Horæ, ut credunt, quadrante ſubmerſum, uncis veſti infixis, in continentem trahunt; ſigna vitæ nulla edentem, in altum elatis pedibus quatefaciunt; & ſpumoſam quidem aquam ore naribusque, ut putant, profluam vident, ſed ne vel minima vitæ ſuperſtitis ſigna. Ad hæc vicini ſuburbii *Leopoldini* Balneator quæritur, qui quo pernicior adſit, currus,

jun-

junctis raptim equis, mittitur. Ejus vero loco duo prodeunt tirones, qui vix conſpecto corpore, & ſeros ſe vocari muſſitant, & neque aut venam tundi, aut alia præſidia artis admoveri ultra poſſe contendentes, ſe ſubducunt.

Elapſo tandem bihorio in noſtrum Noſocomium Corpus conferri jubet Loci Judex. Mox conſpicitur ſiniſtro in Bregmate, notata jam a Chirurgiæ tyronibus, contuſio, atque Epidermidis ſeparatio. Calefacto protinus in lecto variis & rebus, & modis, fricatur; ex vena Jugulari dextra ſanguis mittitur, qui rapidus principio, moderatus poſtliminio, unciarum X. copia profluxit, tenuiſſimus, nigreſcens, mora bihorii ſubnigra aqua præcipitata excolor, ad ignem more albuminis ovi coagulatus. Reliqua Artis præſidia, quemadmodum *Tomo I. Rat. Med. cont. part. II.* traduntur, ordine admota ſunt, aſt vero, ut facile præ-

videramus, incaſſum. Agitato ſub experimentis corpore, ore ac naribus multa ſpuma profluxit, œſophago, ut leviter eodem in ſectione vulnerato conſtitit, oriunda: imo etſi ex aſpera Arteria prodiiſſet, ſpumæ duntaxat, ſi qua affuiſſet, portio quædam prodiiſſet. Galli enim noſtri ſcriptores ſua ſpuma evacuari ſic Pulmonem non poſſe, evidentiſſimis experimentis demonſtrarunt.

Die 21. Aug. ad 7. mat. Cadaver luſtravimus a pectore orſi, ne quid mutaretur in pulmone. Pulmo liber uterque. Aorta, Vena cava, ſuperioreque Trachæa, ne quid efflueret, probe ligatis, tum & ſeparato a Diaphragmate Pericardio, eximebantur cum Corde Pulmones. Nulla in Trachæa aqua ſpumoſa, nulla in Bronchiis, nulla in Loborum, quos numeroſas in taleolas diviſeramus, vel minima portione: neque ſeri ſpumoſi quidquam perſciſſione tantummo-

do

do non prodibat, ſed ne forti quidem preſſione; nihil enim hac, niſi ſanguis, exprimebatur. Porro multus inerat aër illis, irretitusque ſic, ut ex quibus expreſſus ſanguis fuiſſet, partes, ne poſt horas quidem conſiderent, bullas modo ſub externa tunica preſſione formantes: quod Pulmonis Emphyſema non a Submerſione, verum ab antiquiore hujus viſceris in ſua celluloſitate diſpoſitione, explicandum eſt. Ex variis ſcriptoribus hoc Pneumonicum Emphyſema in hominibus non demerſis, una cum magna ex hac membrana aërem explodendi difficultate, adnotavit *Ill. Van Swieten* in cap. *Boerhaavii de Hydrope* ad §. 1220.

In Corde, vaſisque majoribus, cruor nigreſcenti ſimilis aquæ. Inteſtina ſingula inflammata. Colon, poſtquam ex ſiniſtri Ilei cavitate emerſiſſet, quinque flexus ingentes, antequam in Rectum

abiret, formabat. Et inflammatus pone Pylorum Ventriculus.

Ad Os Bregmatis lævum, Tegumenta inter ac Pericranium, ea ſcilicet plaga, in qua læſionem externam videramus, inventa Ecchymoſis eſt, multaque Pericranii rubedo. In Encephalo ambæ quidem Meninges ad cerebrum univerſum rubebant, verum præterea in ipſo contuſo loco multam rubri, nigreſcentis, tenuisque ſanguinis Ecchymoſin inter ſeſe mutuas continebant. Ventriculorum parietes copioſis vaſculis, iisque rubris, ſcatebant.

Hæc igitur Anatome nos docet primo: licet in Cadavere patuerit invincibilis cauſa mortis, quia tamen hæc ante Anatomen ignorabatur, Chirurgiæ profecto tironibus, quantum ab ipſis res pependerit, imputandam eſſe mortem; quia quidquid in eo caſu agendum eſt, & a Magiſtro Diſcipuli tenent, & lingua ver-

vernacula conſcriptum de hac re Libellum, dono Auguſtæ, poſſident Magiſtri omnes; quem & communicare exponereque Diſcipulis lege juſſi ſunt. Sin vero plane rudes in hoc negotio hi fuerint, pars culpæ multa redundat in Magiſtrum, quod nec Libellum communicaverit cum illis, nec expoſuerit, nec, ſi potuerit, in auxilium accurrerit.

Secundo: ut Canes meos mittam, jam hic hominum Demerſorum alter eſt, cujus caruerint aqua Pulmones: huic autem præterea Apoplexiæ extitere in Encephalo cauſæ. Ponamus hanc hiſtoriam vel nocte, vel ſaltem nullis præſentibus contigiſſe teſtibus; & Cadaver tandem inventum juſſu luſtrari Magiſtratus. Qui ejus ſunt, quam refutare conatus ſum, ſententiæ, cum in Anatome & vacuum inveniant ſero ſpumoſo pulmonem, & haud contemnenda mortis violenta manu illatæ, indicia, Magiſtratui referent me-

meridiana luce clarius eſſe, quod hic Juvenis morte violenta prius peremptus fuerit, antequam præcipitatum corpus in Paludem ſit; quo quid unquam a veritate alienius? interim Magiſtratus ampliſſimus, Magiſtratus *Lugdunenſis* exemplo, in homicidas ſevere inquiret, in carcerem ſuſpectos conjiciet, ad eosdemque convincendos artificia conſueta admovebit. Si quis, quam inanes hi, quam arduos, quamque periculoſos, cum Judici concilient, tum accuſatis, labores, mature perpendat; an gravari, mirarique poſſit, me quavis oblata occaſione Gallicanæ ſententiæ urgere perniciem?

At vero totum hoc meum argumentum negotio ſe facili confodere poſſe, hujus ſententiæ Autores forte arbitrabuntur, Adoleſcentem meum ſubmerſione neutiquam vel ob id periiſſe rati, quod e gurgite in ſublime emerſus, vociferatus ſit, oppletum proinde aqua habere

non

non potuerit Pulmonem. Hinc eum videri non ſubmerſione, ſed fluente paulatim tuſis de Encephali vaſis ſanguine, ex cerebri oppreſſione vere Apoplecticum periiſſe: quodque proinde aqua ſpumoſa vacuus deprehenſus ejus Pulmo ſit, mirabile non eſſe.

Profecto multam mihi hic illi ſuppeditant diſſerendi materiem. Sed iisdem in *Appendice* reſpondere opportunam non videtur, ne ex Appendice novum ſuccreſcat voluminoſumque opus. Hinc id, quod contendunt, ipſis impræſentiarum omne dabo; modo ex datis concedant neceſſariam conſequentiam.

Scilicet, ſi hic Juvenis, nemine teſte, incidiſſet in paludem, atque elapſis aliquot diebus inventus, Legali examini fuiſſet ſubjectus, ipſi hi, quos veneror, Viri, neceſſaria lege pronunciare debuiſſent *primo*, mortuum illum præcipitatum in aquam fuiſſe, cum omni prorſum aqua

ejus Pulmo acaret: *ſecundo*, ex viſis atque repertis in Capite eundem fuiſſe violenta morte peremtum, priusquam præceps in aquam datum fuiſſet Cadaver. Reddentes itaque caſum hunc illi ſuæ *Claudinæ* conſimilem, argumenta profecto fortiora ad hanc concluſionem in iſto, quam in illa haberent. Interim Hiſtoria noſtra, tot teſtibus pleno in die viſa, atque audita, hanc concluſionem non minus damnoſiſſimam, quam falſiſſimam eſſe, omni ex parte toties jam oſtendit. Quocumque igitur modo exponere hanc hiſtoriam contendunt, eam ſententiæ ſuæ deſtructricem ſemper inveniunt.

INDEX.

ERRATA.

Pag.	Lin.		Lege.
15.	ult.	*puatefaciunt*	*quatefaciunt.*
45.	2.	*eidem*	*marito*
51.	8.	dele *autem.*	
67.	3.	*aucto.*	*acuto*
eadem	11.	*homines*	*& homines.*
85.	12.	*longiorem*	*longiorum.*
93.	8.	*mihi*	*ſe mihi.*
97.	3.	*ſpem*	*ſpeciem.*
104.	16.	*examinari*	*examinandam.*
150.	8.	*es*	*eſt.*
155.	13.	*irradicata*	*irradicatæ.*
159.	4.	*inpoſturam*	*impoſturam.*

INDEX
LOCUPLETISSIMUS
XV. TOMORUM RATIONIS
MEDENDI.

A.

ABIES in Scorbuto laudatus. In quodam Scorbutico nihil profuit. *Tom. IV. pag.* 234.

Abſceſſus multi dum foras prodeunt, interiora jam deſtruxerunt. *Vid. Coxarius morbus.* Abſceſſus ingentes in homine poſſunt latere, cui nihil deeſſe viſum fuerat, unoque momento puris libras bene multas effundere, longeque poſtmodum continuare; fortunato adhuc eventu, ſi & ore prodeat materies, & non ſuffocet copia hominem. *Tom. VIII. a pag.* 88. *ad* 90. Præſentem abſceſſum non arguit purulentorum Sputorum copia, eaque diuturnior; ut notabili exemplo demonſtratur, *ibid. pag.* 91. 92. *vid. Phthiſin.* Abſceſſus multis pulmoni innaſcuntur, iique letales, qui notante *Hippocrate* tam boni corporis habitu ſunt, ut eosdem in ſe fieri ne ſentiant quidem. *ibid. pag.* 88. *Abſceſſus critici* ad extremos manuum pedumque digitos infidi *Hippocrati* viſi ſunt; cujus optimam ille dedit rationem, quam experientia confirmat abunde. *Tom. XI. ad pag.* 24. *ad* 27.

Achoribus medicamento repulſis, naſcitur Paralyſis; redeuntibus Achoribus, Paralyſis curatur. An forte ad curam quid quoque contulit vis electrina? *Tom. I. pag.* 142.

Academia Edimburgenſis ſuſpicatur uſum Mercurii funeſtum illis fuiſſe, quibus mox ſupervenere Variolæ. *Tom. II. pag.* 103. Miram hydropici hiſtoriam referunt, cui Veſicula fellea octo bilis libras in concentricos diviſæ loculos continebat. *Tom. IV. pag.* 98. 99.

Academia Haarlemenſis laudata in Hiſtoria Colicæ Pictonum, Plumbique ad illam generandam effectis. Referunt Atramenti ſympathetici, ſeu *Liquoris vinorum probatorii* formulam, ejusque modum adhibendi, ut num Vina, Butyrum &c. Plumbo adulterata ſint, probe detegatur. *Tom. X. a pag.* 82. *ad* 86. Habent & Pueri ſubmerſi hiſtoriam, cui etſi ſpuma immobilis, craſſa proinde ac tenax, os fœdabat naresque, vita nihilominus reſtituta eſt. *Tom. XIII. pag.* 259.

Academia N. C. communicat quadruplicem curam vulneratorum, vel & ſuppuratorum Inteſtinorum, foras patentium. *Tom. VII. pag.* 185. 186. In enarrandis ſignis Hydropis cyſtici laudant præcipue *Mauchartum Tom. XI. pag.* 306. Referunt pulſum in quopiam homine, in Carpo fallentem, oportuiſſe in manus Dorſo explorari, *Tom. XII. pag.* 28. Signa *Kundmanni* de majore minoreve ſperabilitate vitam revocandi ſubmerſis, & quidem ex Submerſionis diuturnitate. *Tom. XIII. pag.* 260.

Academia Regia Pariſina Chyrurgica perhibet Adulti pulmonem in aqua ſubſediſſe. *Tom. II. pag.* 149. Syſtema deſcribitur chirurgorum ad curandos cyſticos in Abdomine tumores, & de Ovarii extirpatione. *Tom. IV. a pag.* 90. *ad* 115. Encomium Acad. *ibid. pag.* 102.

Academia Regia Scientiarum Pariſina notavit Fibrarum medulloſarum cerebri decuſſa-

tionem. *Tom. IV. pag.* 195. Curam Hydropis enarrat per Enemata urinæ juvencæ. *Tom. XI. pag.* 250. Paracenteſis quater inſtituta, quod Hydrops crederetur adeſſe, dum in Cadavere omnis ventris tumor a Rene 35. librarum eſſet. *ibid.* 297. Obſervata *Littrei* de Hydrope peritonæali. *ibid. a pag.* 298. *ad* 300. Membrana cyſtica aliquando tenuiſſima. *ibid.* 302. De rigidorum Thoracum factitiorum noxiis *Winslowii* obſervata referunt. *ibid.* 304.

Academia Regia Suecica refert hiſtoriam Inteſtini eroſi, penetrati, diuque admodum aperti a Tenia, ejusque inde egreſſis portionibus. *Tom. VII. pag.* 187. Miliarium acutis in morbis geneſin factitiam declarat, evitandamque docet. *Tom. XIV. pag.* 410.

Acida in morbis acutis præſtantiora cæteris omnibus remediis ſunt. Varia enumerantur. Diluta acida ſpiſſos attenuant humores, æſtum temperant, aquoſa cum craſſo humore miſcibilia reddunt, ſolida ſtricta laxant, excretiones ſymptomaticas, acri ſive diluto, ſive mutato, cohibent, ſitim leniunt, & reficiunt ægros. *Tom. I. pag.* 28. 29. Foſſilia bene diluta non modo non adſtringunt, ſed laxant, diluunt humores, refrigerantque. *Tom. III. pag.* 123. Acidum abſorbentia & ſunt multa, & multa falſo dicuntur. Enumerantur quæ aut nihil *acidi* abſorbeant, aut certam modo *acidi* ſpeciem. *Tom. I. pag.* 31. 32. 33. In genere non conveniunt hæc abſorbentia dicta ſive vere abſorbeant, ſive neutiquam. Probatur autoritate *Hippocratis*, & propriis experimentis. *Tom. I. pag.* 34. 35. Eſt Hippocratica *acidorum* methodus minus ſumptuoſa ægris. Quandonam acida miſta cum abſorbentibus proſunt. *ibid. pag.* 34. Potuum

 dilu-

diluentium, vique ſuccorum acidorum ſolventium, præſtantia demonſtratur, difficultatibus autem contra eosdem motis reſpondetur. *Tom. XIII. a pag.* 75. ad 79.

Acria & Draſtica medicamenta adeo blanda noverant reddere veteres, ut blanditie non cederent mitiſſimis noſtris. *Tom. XII. a pag.* 192. *ad* 197.

Aër, qui aut debito calidior, aut frigidior, ægrotis conciliatur, illis nocet. Damnoſus admodum calidior in Puerperis, in acutis morbis, inque chronicis; Acutorum morborum in Puerperio, Petechiarum, ac Milliarium in Acutis genitor, promotor; Reſpirationis difficilioris, cephalalgiæ, anxietatis ad præcordia, ſudoris ſymptomatici, impeditæ coctionis, Delirii, Inſomnii, morborum a minimo frigore imprudenter, imo inevitabiliter ſuſcepto incrementi, ariditatis ſubſequentis, moroſitatisque autor. *Tom. I. a pag.* 42. *ad* 56. Calor inter 60. & 65. gr. in Thermometro *Fahrenheitiano*, a 13. ad 15½. in *Reaumuriano*, convenit ægris. Ubi autem æſtate aër hunc caloris gradum etiam in ædibus ſuperat, clauſis lectorum cortinis externus aër admittitur, eo maxime tempore, quo minus a ſole caleſcit, fugaturus illum, qui ab ægri, aſſiſtentiumque calore, atque evaporatione, æſtuabat. *ibid. pag.* 47. Neque calore duntaxat, ſed & puritate bonus ſit aër oportet. Unde hyeme caute, æſtate audacter, feneſtræ, januæque aliquantillum pateant, clauſis interea lectorum cortinis: quæ ſi poſtmodum denuo patent, reficiuntur a luſtrata conclavis athmoſphæra ægrotantes. *ibid. pag.* 47. Salubrior aër conciliatur ægris dum ſubſtratis pulvinaribus aliquantillum erecti in lecto ſedeant, &

dum bis die lecto ſuo eximantur ſic, ut minus debiles in commoda ſede collocentur, quamdiu lectus reficitur; Debiliores vero ſuo de lecto molliter in proxime remotum lectum reponuntur, donec lectus refectus ſit, corrupta lecti atmoſphæra luſtrata ſit, ſordidaque lecti linteamina mutata, ac nitida, bene ſicca, tepidaque eorum loco poſita fuerint. *ibid.* Cautela quoque habita ne ſordidis corporis veſtibus inquinetur propria ægrorum Athmoſphæra, neve plus uno eodem in lecto cubet. *Tom. XII. a pag.* 5. *ad* 9. *& a* 17. *ad* 58. Aërem nocere inpuris ægrorum exhalationibus, gravitate, immutabilitate, & vel conſumto vitæ in eo pabulo, vel ipſa materie perſpirabili, intolerabilem vitæ reddi, quamplurimis experimentis Phyſicis demonſtratur. *Tom. XII. a pag.* 27. *ad* 55. Ejusmodi aërem ubi aut negligunt Medici ſuis conciliare ægris, aut admittere ſive ipſi ægri, ſive eorum familiares recuſant, in cauſa ſunt, ut ſi aliunde Miliaria, Petechiæve ſeſe non ſociarent morbo, jam ſe ipſi ſocient. *ibid. & Tom. X. pag.* 222. 223.

Aëris in Hippocratica methodo cura ſumma eſt; non quidem quod omnia, quæ de aëre aut obſervamus, aut ſequimur in Noſocomio noſtro, inque ægris per civitatem curandis *Hippocratis* præcepta, propriis ejus enunciata verbis ſint, ſed quod ejusdem ex Præceptis ſponte conſequantur. *Tom. XIII. pag.* 5. *&c.* Unde primo ægris mox ut in Noſocomium recipiuntur nihil indumentorum, quibus contegi ſuis in tiguriis ſolebant, relinquitur; ne iisdem, paſſim fætidis, impurisque, aut ipſorum, aut ſociorum ægrorum Athmoſphæra inquinetur. Et quia ſingulorum Athmoſphæra ad aliquam diſtantiam propriis exhalationibus inquinatur, cura eſt, ne aut duo uno in lecto, aut ipſi lecti proximiores collocentur.

Methodus aëra luſtrandi, qua in perpetuo purus ſit. *ibid. a pag.* 5. *ad* 7. Ad purum aëra conciliandum cura nobis eſt, ut ſolo induſio induti, levioreque ſtragulo tecti jaceant, ne ſudor eliciatur intempeſtivus, ſingulorumque bis die lectus mutatur. Quomodo a principio ad finem usque Morbi hoc inſtituatur alio in aliis modo habetur. *ibid. a pag.* 7. *ad* 10. Qua arte hoc fiat in his, quos præ debilitate non videmur eximere lecto poſſe. *ibid. pag.* 7. & 8. Corporum faciles a decubitu excoriationes, fætore gangrænoſo aërem inficientes, & hac lectorum mutatione, refectioque, & alia quapiam arte, præveniuntur perpetuo. *ibid. pag.* 10. Reſpondetur iis, qui clament curis hiſce præpoſteris, ut vocant, Tranſpirationem, Sudoremque cohiberi; ægros autem ſic affici frigore, ut & coctio, & criſis morborum impediatur; Morbi demum introverti materiem, perimereque ægrotantes. *ibid. a pag.* 18. *ad* 20. infortunia Noſocomiorum majorum, in quibus hæ leges obſervari præ multitudine conferta ægrorum non poſſe dicuntur, *ibid. a pag.* 20. *ad* 23. Ratio cur & privatis ægris, eorundemque neceſſariis, & potiori numero Medicorum, adeo odioſus ſit hic modus agendi. *a pag.* 24. *ad* 26.

Neceſſitas ejusmodi aëra ægris conciliandi, demonſtratur Phyſicis experimentis *Boilei*, *Derhamii*, *Sgraveſandii*, *Muſchenbroeckii*, *Boerhaavii. a pag.* 26. *ad* 32. Reſpondetur illis, qui communem Noſocomiorum majorum aëra negent & gravem eſſe, & noxium ægris. *a pag.* 32. *ad* 34. Reſpondetur aliis, qui ab ægrotantium confertorum exhalationibus aëra contendant leviorem reddi. Obſervationes Barometricæ hos confundant. *a pag.* 35. *ad* 38. Phyſica demonſtratio nocumenti gravioris aëris, & ægrorum exhalationibus repleti, petita ex Phyſicis ſummis, tum

&

& ex ipſo *Hippocrate. a pag.* 39. *ad* 54. Applicatio horum omnium ad faciliorem, difficilioremve reſpirationem, a qua æque in Chronicis, quam in acutis, ſalus ægrorum dependet. *a pag.* 55. *ad* 58.

Hanc de *aëre moderando* methodum Noſocomii noſtri abunde confirmat fauſtior inoculandi Methodus, toto morbi tempore in aëre libero, apertoque ſuos inoculatos collocandi; quam ipſi Inoculatorum Principes ſe a *Boerhaavio* ac *Sydenhamo* mutuaſſe gloriantur. *Tom. XIII. a pag.* 79. *ad* 81. Medici extranei, qui univerſam Noſoçomii Methodum aut præſentes viderunt, aut legendo narrandove cognoverunt, quos inter *Macbridius*, multis eam laudibus extollunt. *Tom. XIII. a pag.* 81. *ad* 86.

Aërem non eſſe elementorum in fibra animali unicum vinculum, ut placuit *Haleſio* ac *Macbridio*, ſed cum aëre gluten. *Aërem fixum* alimentorum cum vegetabilium, tum animalium, non facere nedum ſecundam, ſed neque primam fermentationem, duntaxat aliquam inchoatam. Aërem in vegetabilibus, ut v. gr. in Cortice peruviano, aliisque, non eſſe id, quod noſtro in corpore averruncet putredinem: Aërem denique non eſſe, qui de vegetantibus communicatus cum humorum animalium maſſa, putridos morbos, eosque inter ſcorbutum, tam fauſte ſanet, æque per experimenta, quam per autoritates, vero contrarium eſſe oſtenditur. *Tom. XIII. a pag.* 93. *ad* 160. Vid. hic *Macbride*, *Scorbutus*, *Haller*, *Calculus*, *Aqua calcis.*

Aër & aqua una in ſacco hydropico. *Tom. V. a pag.* 57. *ad* 59.

Agaricus communis laudatur in cohibendo Sudore colliquante Phthiſicorum, quem neque

 lac

lac cum Cortice peruviano, neque alia quæcunque artis auxilia poterant ſiſtere; idque repetito plurium exemplo. Suſpicio erat ne a cute materiem avertendo, & ad ſyſtema Meſentericum vertendo, colliquantis ſudoris loco, colliquantem Dyſenteriam crearet: hanc vero lac epotum, quod cum omento animalis coctum erat, ſtitit. *Galenus* ac *Dioſcorides* ſimiles fere deſcripſere Agarici vires. *Tom. XII. a pag.* 251. *ad* 255.

Agarici fungus, pedis equini facie, laudatur multis ut palmam præripiens cæteris externas hæmorrhagias ſiſtentibus. Experimenta eodem facta in Noſocomio in Aneuryſmate ſpurio, aliisque hæmorrhagiis, quæ hæc omnia confirment. *Tom. IV. a pag.* 45. *ad.* 50. *Tom. V. pag.* 186. 187. Non ſemper tamen ſatisfacit. *ibidem pag.* 205. Problema circa ejus variam applicationem. *ibid. pag.* 209. Præſtans iterum auxilium fuit. *Tom. VII. pag.* 10. 11.

Agyrta reverendus anno 1765. omnes *Auſtriæ* morbos curare ſe poſſe jactans arcana ſibi aqua, quæ, examine facto, croci Metallorum, atque Aluminis tantillum habere deprehendebatur, pluribus nocuit, nec admodum paucos interemit. *Tom. X. pag.* 72. 73.

Albinus laudatur in valvulæ coli deſcriptione. *Tom. II. pag.* 85. ob egregias ſuas Tabulas de utero gravido. *Tom. VI. pag.* 26. In Atreſiæ Diagnoſi. *Tom. VI. pag.* 49. Ob communicatam mirandam ſui Militis hiſtoriam, cui ex vulnere inflicto Inteſtinum colon extra Abdomen perpetuo hærebat. *Tom. VII. pag.* 181. Ob tuſſis explicationem in eodem illo Milite ab Inteſtino affecto. *Tom. XIV. pag.* 158.

Albu-

Albumen ovi non eſt per omnia phænomena ſimile ſero ſanguinis humani. Notabile hujus experimentum. *Tom. I. pag.* 96. 97. Reddit ſyrupum violarum viride, ut albumen ovi, Albumen ovi *coctum* vas argenteum, quo ſervatur, aurigine inficit, *crudum* vero minime. *Tom. IV. pag.* 209. 210.

Albumen *ovi* cum ſpiritu vini conquaſſatum eſt optimum remedium, ad præcavendas ægrotantis corporis excoriationes. *Tom. VII. pag.* 15. 16. *& pluribus aliis Tomis.*

Alcali non demonſtratur præſens in phænomenis, mox in *ovi Albumine* obſervatis, licet alias juvent ad alcali detegendum. *vid. Albumen ovi.*

Allionius docuit, quo pacto Medici Miliarium in acutis eruptionem præcaveant. *Tom. VIII. pag.* 116. *&* 191. Negat critica eſſe. *pag.* 135. ut ſymptomatica tractavit. *pag.* 141.

Alpinus (Proſper) in cura Iſchiadici morbi laudat methodum *Aegyptiorum*, applicandi per Goſſipium compreſſum cauterium. *Tom. IV. pag.* 150. Urinam nigram non ſtatuit letalem, ſi cum ea fiant bonæ evacuationes criticæ aliis naturæ viis. *Tom. VIII. pag.* 37. 38. Quo ſenſu dixerit urinam nigram criticam eſſe? *ibid. pag.* 40. Per urinas ſolas plures acutorum judicari ſtatuit. *pag.* 71. Pulſum intermittentem a primarum viarum ſordibus aliquando naſci duplici exemplo docet. *Tom. XII. pag.* 32. 33. Pulſum intermittentem a ſolo critico per urinas motu obſervavit. *ibid. pag.* 37. Pulſum intermittentem a natura deprehendit. *pag.* 39. De vermibus, ac febre verminoſa, in ſua *Medicina Aegyptiorum*, apud quos triennio mora-

moratus eſt, legendus eſt. *Tom. XIV. pag.* 197. Peſtem teſtis autoptes definit, minime autem ſic, ut quis ab ipſo ejus exordio eam ab omni alio morbo diſtinguat. *Tom. XIV. pag.* 271.

Alvus per ſeptimanas inculpate clauſa, in hominibus qui poſt operationem Aneuriſmatis, Cruris fracturam, &c. diu lecto inhærentes, ſolis liquidis nutriuntur; quod ſi alvum reddere natura cogat, præſtat, ut jacentes in Linteamina deponant. *Tom. VII. pag.* 14. 15. Alvus libere ſoluta in morbo Ileo, ambigui ſæpe ſigni eſt. Cum ea moriuntur aliquando hi ægri. Quandonam hoc, & cur? *Tom. VII. toto cap. IV.* per exempla; & *Tom. XI. pag.* 139. Alvo quotidie reddita per longum morbum, eaque ſæpe copioſa, & aut critica, aut ſubcritica, in cadavere tamen per ſeſquiulnæ longitudinem villoſa Inteſtini Ilei tunica in ambitu toto obſeſſa inventa eſt craſſa fæce pultiformi, ſic ut in medio ſpatium vacuum eſſet, quo liquidiora deorſum fluere poſſent. Num hinc minus mirabimur, quam olim, quod homo, qui copioſe dejicere ſolebat, nihilominus retinere, tandemque ſtupendam fæcum ejicere copiam poſſit. *Tom. XIV. pag.* 74. Alia cauſa ex coli Inteſtini cellulis, fæces remorantibus, petitur; interea dum per medium Inteſtinum & cavum maneat, & quotidiana alvus transmeet. *Vide Nummos deglutitos.* Alvus ſymtomatica, critica, vide *criſin.*

Amauroſis alibi vi electrica curari dicta: non fuit per illam in Noſocomio curata, *Tom. I. pag.* 146. *Tom. III. a pag.* 227. *ad* 231. *Amauroſis* non curabatur Mercurio ſublimato corroſivo. *Tom. III. a p.* 227. *ad* 231. Naſcitur a prava metaſtaſi in acutis. *Tom. III. p.* 228. *Amauroſeos* deſpe-

ſperatæ nulla inventa eſt per Anatomen cauſa. *Tom. VI. pag.* 261. Ejus cauſa inventa in alio, in monſtroſo Infundibulo premente Nervorum opticorum coalitum. *ibid.* 271. 272. *Amauroſis* a colica Pictonum. *Tom. III.* & *Tom. X. cap. de colic. pict. Amauroſis* in Ileo, curato hoc morbo evanida. *Tom. XI. pag.* 136.

Amſtelodamenſis Societas, ad Submerſorum auxilium erecta, laudatur. Ex actis ejusdem patet jam 153. hominibus ſubmerſis revocatam fuiſſe vitam. *Tom. XV. Cap. I.*

Amuletha, Epicarpia, Epithemata, recenſentur ex variis ſcriptoribus, quæ partim a Medicis, partim a circumforaneis, partim ex vulgi aut traditione, aut ſuperſtitione, non minus ſingularia, quam horrida, ad febres intermittentes fugandas admota fuerunt. *Tom. XI. a pag.* 65. *ad* 72. Examen adſcriptarum iisdem virtutum. *ibid. pag.* 71. & 72.

Anatome I. Puellæ ſeptennis, cui pleuriticæ emeticum datum fuerat, & pleura dire inflammata, una cum pulmone inventa eſt. *Tom. I. pag.* 26. & 115. 116.

Anatome II. *hominis Paraphrenitide mortui*, cum inflammato Diaphragmate. *Tom. I. pag.* 115.

Anatome III. demonſtrans primo Herniam Inteſtino-vaginalem; deinde Herniam antiquam prolapſæ veſicæ urinariæ inverſæ, ut ureterum exitus nunc in externa inverſæ veſicæ ſuperficie paterent; tertio calculos Renum, quorum nulla fuerat in vita ſuſpicio; quartum vaginæ prolapſum, eum uteri omnino mentientem; quinto integros, ſanosque pulmones poſt copioſiſſimam ac diu-

diuturnam ſputorum vere purulentorum excretionem. *Tom. I. a pag.* 121. ad 128.

Anatome IV. *Hydropici, ac Phthyſici*, cujus inveniebantur Pulmones integerrimi. *Tom. I. pag.* 119.

Anatome V. *Variorum*, qui poſt Lumborum inflammationem, crurum quoque, ac coxarum, pure mirificas vias capeſſente, hectice perierunt. *Tom. I. pag.* 129. 130.

Anatome VI. demonſtrans cujusquam Cephaleæ cauſam, & ſtupendam Inteſtini introſuſceptionem. *Tom. I. pag.* 130.

Anatome VII. *Adoleſcentis calculoſi*, iſchuria ſpuria denati, cui ventriculus inflammatus jam gangræneſcebat; Proceſſus vermicularis cum funiculo ſpermatico dextro, cum Recti Inteſtini parte anteriore, & cum ſuperficie veſicæ urinariæ poſteriore facie intime concretus erat; concretus præterea cum ſui lateris Arteria iliaca ureterum ſiniſter; cui præterea veſicam inter Rectumque ſaccus deprehendebatur muco nigro plenus; veſicæ urinariæ foramen in hunc ſaccum patens, in eundemque Recti Inteſtini patens foramen: veſica tres Lineas craſſa: monſtroſi demum utrinque Renes, Pelves, Ureteresque. Quot naturæ eodem in corpore, in tantilla ætate, errores! quot junctæ graviſſimorum morborum cauſæ ineluctabiles! Epicriſis hujus Anatomes. *Tom. I. a pag.* 132. *ad* 139.

Anatome VIII. *hominis qui purulentos tumores ad os ſacrum, & ad Thoracem habuerat, puriſque multum excreverat tuſſiendo.* Thoracis tumori immiſſus ſtylus monſtravit per pulmonem, eumque

que

que firmiter accretum Pleuræ, unam viam eſſe, aliamque verſus colli vertebras. Si eum unicum ſuperioris Lobi pulmonis ſaccum exceperis, qui cum tumore purulento in externo Thorace communicabat, integerrimi erant Pulmones; ſinus, qui ex eodem externo tumore ad vertebras colli ducebat, oſtendit nobis demum ultimam colli, primamque Thoracis vertebram carie jam erodi, nec non vertebras Thoracis 8. 9. & 10. citra vel minimam interno cum pectore communicationem. Os ſacrum penitus eroſum carie, uſque in ſpecum vertebrarum. *Tom. II. pag.* 12. 13. 14.

Anatome IX. *Hernioſi*, Herniotomiam recuſantis. Hernia fuit inguinalis, in qua peritonæi ſaccus arcta celluloſitate concreverat cum corporis integumentis, & omentum, quod una cum Inteſtino in ſaccum prolapſum erat, cum ſacco hernioſo interno concretum erat. Inteſtini Ilei, pedis diſtantia a valvula coli, portio non integra, ſed dimidia, eaque inferior, a Meſenterio remotior, in ſacco hernioſo erat, libera, non accreta. Notanda erat impreſſio in inteſtinum facta ab Annulli conſtrictione, unde valde gangrænoſum Inteſtinum ibi erat, minus ſua, qua in Abdomine erat, parte. Saccus hernioſus ab annulli compreſſione pariter gangrænoſus. Quænam hic cauſa mortis. *Tom. II. pag.* 65.

Anatome X. *feminæ hernioſæ* Herniotomen pariter negantis. Hernia ut prioris, *Entero-epiplocele* dicta, omentum accretum cum ſacco Peritonæi habuit, Inteſtino Ileo libere per biennium exeunte redeunte. A decem ante mortem diebus elapſum Inteſtinum non retroeuns, mortem induxit. Quatuor craſſiores tunicæ circumdabant ſac-

ſaccum. Aqua, alias Chirurgum docens penetratum ſaccum eſſe, nulla in eo erat. Ileum Inteſtinum in herniam illapſum erat ad duos cum dimidio pedes a valvula coli. A tranſſudante ſero inflammatorio Inteſtina cruſta denſa ac flava cingebantur. *Tom. II. a pag. 67. ad 69.*

Anatome XI. *Hernioſi*, qui nunquam aut conqueſtus Herniam fuerat, aut ejusdem ſymptomata paſſus. In ingenti Peritonæi ſacco hærebat portio ſeſquipedalis Inteſtini Ilei, una cum ſuo, latos digitos quatuor alto, Meſenterio, totusque præterea Inteſtini cœci ſaccus, una cum ſuo vermiculari proceſſu, qui itidem proceſſus & cum Ileo, & cum Meſenterio, penitus concreverat: Omenti denique portio cum ſacco hernioſo concreta. *Tom. II. a pag. 69. ad 71.*

Anatome XII. *Tympanitici*, morbo Ileo defuncti. Coli inteſtini a ſiniſtro latere deorſum verſus anguſtia ſumma, ſupraque hanc coarctationem colum adulti hominis femur amplitudine ſuperabat; tenuia autem Inteſtina omnia carpum adulti hominis amplitudine æquabant. Porro enormi hac Tympanitide ſic fuit mutata cum Thoracis, tum Diaphragmatis forma & capacitas, ut non niſi arctiſſimum ſupereſſet pro Corde atque Pulmonibus ſpatium. *Tom. II. a pag.* 78 *ad* 82.

Anatome XIII. *Pleuritici*, ex cujus bronchiis Polypos ramoſos extraximus. Varia de natura horum Polyporum. *Tom. II. pag.* 128. &c.

Anatome XIV. *Feminæ vero Cordis Polypo denatæ.* De polyporum origine, deque iis, quæ naſci tantummodo videntur prope mortem. *ib. p.* 122. &c.

Ana-

Anatome XV. Concretionis, partim celluloſæ, firmiſſimæ, partim vero carnoſæ, completiſſimæ, univerſaliſſimæ, Pulmonum, cum tota Pleura, toto Mediaſtino, toto Pericardio, totoque Diaphragmate, quin & omnium inter ſeſe loborum pulmonis; pericardii denique cum univerſo corde: quæ ſane concretio cum ob firmitatem, ſoliditatemque ſuam, antiquitatem redoleat, reſpirationis eo in homine, cordisque actionis, quin & circulationis univerſæ, rationem fere impoſſibilem explicatu reddit. *Tom. II. a pag.* 131. *ad* 145.

Anatome XVI. *ſcrofuloſi*, qui toto interno externoque corpore tumoribus ejusmodi pleniſſimus, nos præcipue docuit non eſſe generis unius hosce tumores, ſed varii, diverſiſſimique; neque id modo diverſis in corporis plagis, verum in eadem v. g. in collo &c. Singulorum tumorum, contentæque in ſingulis materiei deſcriptio. Unde conficitur id, ut ſi daretur remedium, quod uni ſolvendo par foret, idem ad ſolvendos alios eſſet ineptum. *Tom. II. a pag.* 179. *ad* 184.

Anatome XVII. *Phthiſeos cellularis.* A Dorſi contuſione tumor natus, ſex annis neglectus, purulenta Cachexia Adoleſcentem cadaveri, quam vivo, ſimiliorem reddens, pus ſputorum forma toto ſexennio educens, demum in Noſocomio practico lanceola apertus, ſpatio trium Menſium fudit libras puris quinquaginta, liberumque a pure atque tuſſi, per omne hoc tempus, præſtitit pulmonem. Capilliſluvium & Diarrhœa, Inguinisque dextri tumor rebellis, indeſinens, ſucceſſit, ac tandem mors, Pulmones, & omnia viſcera corporis integerrima. Ulcus id dorſi ſinus

nus fiſtulasque fecerat ſub muſculo latiſſimo Dorſi in latere ejus dextro, carioſam coſtam infimam reddiderat, inde ſub Sacrolumbali & longiſſimo Dorſi, ſubque Pſoam, pervenerat ad inguen; unde ſub aponeuroſi Obliqui externi penetraverat ſe, & ſub Adductoribus femoris, Sartorioque, ſinum formaverat pure plenum, extentumque ad tertiam circiter femoris longitudinem, cum perfecta muſculorum integritate. Confirmat hæc Anatome traditam alibi Puogeniam, & variæ Phthiſeos explicationem. *Tom. III. a pag.* 182. *ad* 188.

Anatome XVIII. *Cordis & Aortæ*, cum ſtupendis Aneuriſmatibus duobus, coſtarumque partim repulſione, partim deſtructione; una cum interna Aneuryſmatum oſſea natura, per totum Arteriæ progreſſum. *Tom. IV. pag.* 16. 17.

Anatome XIX. *hominis cordis Aneurysmate laborantis*, cujus cauſa morbi, morbi ſilentium per notabile tempus, reditus ejusdem, progreſſus, finisque funeſtus, enarrantur.

Cordis ſiniſter ventriculus potuit infuſæ a nobis aquæ ſeſquialteram libram capere, ita vero extenuatus, ut ſi pauxillo diutius vixiſſet, cordis ruptura periiſſet. *Tom. IV. a pag.* 18. ad 20.

Anatome XX. *feminæ creditæ aneuryſmaticæ*, in qua tamen neque aneurysma, neque ulla cauſa horrendæ cordis palpitationis invenienda fuit: ſic ut totum a Nervorum ataxia petenda videatur horrendi morbi explicatio. *Tom. IV. pag.* 37.

Anatome XXI. *Tympanitici* pueri, demonſtrans ſedem morbi non in cavo ventre, ſed in inteſtinis ipſis hæſiſſe, neque ut in anat. XII. erat, in toto Inteſtinorum cunctorum tractu, verum in ſolo Colo; materiemque non aquam, ſed aërem eſſe:

co-

colum autem ipſum ſitu, figuraque præternaturali cum Inteſtinorum tenuium, tum reliquorum in ventre viſcerum functiones, turbare, impedireque debuiſſe. *Tom. IV. a pag.* 61. *ad* 66.

Anatome XXII. *Uteri ſuppurati*, & cum proprio ſuo ligamento rotundo, cum Epiploo, cum vaſis nervisque cruralibus firmiſſime connati; unde fiſtulæ, ulceraque tam interna, quam etiam externa in inguine nata. *Tom. IV. pag.* 72.

Anatome XXIII. *Hydropis cyſtici*, ſic ut in tumidiſſimo ventre viginti pluresque ingentes tumores hydatici reperirentur, & inter ſe mutuo, & cum Peritonæo connati, aquæ hi integram, illi mediam libram gerentes. Ovarium mole ingens Hydatidibus cinctum. *Tom. IV. pag.* 98.

Anatome XXIV. *Infantis pectore hydropici*, atque in turgida valde veſicula fellea plurimam inſipidæ lymphæ copiam gerentis, pituitam vitream plurimam, & virides perpetuo fæces, in ultimo morbo excernentis. *Tom. IV. pag.* 123.

Anatome XXV. *hydropici cum hepate granuloſo.* Liquor veſicæ felleæ ter ab autore, & ab adſtantium nonnullis guſtatus, ne minimam quidem amaritiem habuit: porro pellucidus erat, & gelati inſtar tremulus. *Tom. IV. pag.* 123.

Anatome XXVI. *Pueri poſt morbum iſchiadicum mortui.* Caput oſſis femoris ad crepidinem ſuperiorem Acetabuli, ligamentum teres, & acceſſorium, omnino conſumta erant. *Haverſiana* glandula degenerans, & Acetabuli cavum explens inveniebatur, atque interiora ibidem eroſa. Pia Mater varicoſa univerſa, pellucida atque ſpiſ-

ſa Lympha tecta, nullibi fere cum cortice cerebri cohærebat. *Tom. IV. pag.* 128. 129. 196. 198.

Anatome XXVII. *Pueri claudi.* Fuit in eo caput oſſis femoris ita connatum cum carioſo Acetabuli cavo, ut ancyloſis immedicabilis ex duobus oſſibus unum, idque immobile, feciſſet. *Tom. IV. pag.* 130.

Anatome XXVIII. *Feminæ* 102. *annorum*, ad demonſtrandum fatum ſenile dicatæ, ſed fruſtra. Etenim præter muſculos abdominales tenuiſſimos ſolos, corporis univerſi muſculi adeo carnoſi, toroſi, ac pingui celluloſitate tecti, penetratique erant, quam in ætate florida. Omnia viſcera ventris egregia. Boni pulmones. Cor & vaſa majora tamquam in 30. ætatis anno. Neque ſiccum cerebrum, ſed naturale. Mors ab effuſo ſponte cruore atro, ſpiſſo, multoque, ſub Pia Matre; & intropremente lobum ſiniſtrum poſteriorem cerebri. *Tom. IV. pag.* 163. 164.

Anatome XXIX, *Apoplectici ſenis, ebrioſi.* Pia Mater tota quanta aneuryſmatica, & varicoſa. Ventriculus ſuperior cerebri ſiniſter cochleare plenum ſanguinis grumoſi tenuit; dexter ſemicochleare ſanguinis paulo fluidioris. *Tom. IV. pag.* 165. 166.

Anatome XXX. *Apoplectici* 57. *annorum.* Dura mater varicoſa. Ubique tremula Lympha ſub Arachnoidea. Niger cruor inter ſingulos volvulos, anfractusve cerebri, profunde inſinuatus. Ventriculus ſuperior ſiniſter ampliſſimus, aqua & ſanguine plenus. Ventriculus quartus usque ad foramen magnum occipitis ſanguine plenus coagulato, copioſoque. *Tom. IV. pag.* 170. 171.

Anatome XXXI. *Puellæ* 6 ½ anni quæ jugi Cephalæa laboraverat, ejusque ſedem, ex quo loqui poterat, poſt oculum lævum perpetuo indicaverat; ſaniſſima cæteroquin, agiliſſimaque jugiter erat. Apoplexia perierat. Pia Mater tota rubebat ſanguine. Polypus in ſinu longitudinali. In ventriculo ſuperiore dextro unciæ duæ Lymphæ inventæ ſunt, non fœtentis, neque aut ad ignem concreſcentis, aut ſyrupi violarum colorem mutantis. Totus Pulmo undique accretus ad Pleuram, ad Pericardium, & ad Diaphragma, mutuisque inter ſe lobis, coalitu ſolidiſſimo. *vid. Anat. XV.* In loco porro a puella ſemper indigitato nil vitii repertum. Num in ſubtilis Nervi involucro? *Tom. IV. pag.* 172. &c.

Anatome XXXII. *Arthritici.* In ampliſſima Aorta, in ampliſſima vena cava, in peramplis Arteriis Iliacis, venisque, in Arteria Carotide ac Vertebrali, in Venis jugularibus, tenuis chorda polypoſa reperta eſt, cujus Diameter in maxima Arteria vix erat linea craſſior; in maxima Vena vix lineas duas excedebat. Talis & in ſinu falciformi. Cor pene vacuum. Hic proinde polypus non a preſſione vaſorum, nam lateribus vaſa contingere columnam non poterant cruoris. Cruoris igiturne hæc Diatheſis fuit? ſed quis cum tali ſanguine, tamque pauco, vitæ exponet rationem, modumque? Ex Hiſtoria morbi utique non exponet. *Tom. IV. pag.* 176. 177.

Anatome XXXIII. *Calculoſi.* Craſſiſſima veſica, circum calculum arctiſſime contracta. Calculus friabiliſſimus. Ureteres ampli, Diametro inæquales valde, calloſi, purulenti. Renes calloſi. *Tom. IV. pag.* 236.

Anatome XXXIV. *Calculoſi*, ſimilem, aſt priore pejorem, rerum conditionem exhibentis. *Tom. IV. pag.* 237.

Anatome XXXV. *Hominis vinoſi*, in Hydropem lapſi a gelido potu, gelidoque aëre, æſtuantiſſimo corpore admiſſis. Intra ſeptimanas paucas 118. libras aquæ Paracenteſi amiſerat. Viribus collapſus periit. Pauca in ventre Lympha. Ingens ventriculus Lieni arcte connatus. Omentum craſſiſſimum, duriſſimum, ingensque; pondere Librarum 5 ½. Vomere hic homo non potuerat, quia Ventriculus tum a Liene, tum ab Omento retinebatur. Omnia viſcera plena tumoribus. *Tom. V. a pag.* 39. *ad* 43.

Anatome XXXVI. *Hydropicæ.* Hydrops Thoracis aderat, & compactus adeo Pulmo, ut conjectus in aquam ſubſideret. Hydrops cyſticus Ovarii, ventrem omnino replentis. Ex rupto quondam eodem Aſcites. Bis parum ex eo aquæ ſub Paracenteſi effluxerat. Viſcera degenera pleraque. *Tom. V. a pag.* 47. *ad* 52.

Anatome XXXVII. *Vinoſæ feminæ, ejusque hydropicæ*, quæ præ verecundia urinam ſuam diu retinere coacta, incidit in ſtranguriam, & præ exorta ob id immani ſiti bibit immenſam aquam; unde in Hydropem primo cyſticum, tandem & in Aſciten incidit. Paracenteſi exierant libræ 56, Lymphæ non fœtentis, ſed turbidæ. Diebus 13. exinde elapſis obiit. Mali ſedes Ovarium ſiniſtrum fuit, univerſum propemodum ventrem implens, multis in locis cum Peritonæo concretum, quibus vero locis cum eodem non cohærebat, Aſcites erant. Aſcitum aqua non fœtuit, illa ſacci plurimum. Aër quoque in ſacco multus, ita

ita ut hoc pertuſo cum ſtrepitu exiret, notabilemque efficeret ventris tumentis collapſum. Aër ergo ab aqua fuit ſeparatus in ſacco, ut partim in eo Hydrops, partim Tympanitis fuerit. An genitus aër a putredine aquæ? *Tom. V. a pag.* 53. *ad* 60.

Anatome XXXVIII. *Aſciticæ mulieris*, in cujus utraque Thoracis camera inerat præter omnem expectationem ingens Lymphæ copia; Pericardium præterea cum corde arcte unitum; Pulmo aquarum preſſione compactus ſic, ut plurima ſui parte in aquam ſubſideret; tandem officulum gerebat Ovarium. *Tom. V. pag.* 105. 106.

Anatome XXXIX. *Viri*, qui ultimo vitæ octiduo tantummodo habuit Hydropis pectoris indicia, ſiniſtro tamen Thoracis in cavo copioſam Lympham geſſit. Habuit præterea Pancreatis ſcirrhum ingentem, Lienis involucrum cartilagineum, coſtarum cartilagines oſſeas; cur pectoris Hydropis non fuit maturior ſuſpicio? *Tom. V. a pag.* 111. *ad* 115.

Anatome XL. *Epileptici, ſed ab eo morbo aliquamdiu curati.* Durus inventus nodus eſt, isque duplex, in Nervis diaphragmaticis. Thalami Opticorum emarcidi. *Tom. V. pag.* 127. 128.

Anatome XLI. *Calculoſi.* Renes magni, ſiniſter præprimis, ſaccos gerentes, pure plenos. Ureteres adeo ampli, ut ſiniſter Inteſtinum colum ſuperaret amplitudine. Veſica circum calculum contracta, ulceroſa. Calculus in ea fere iv. unc. *Tom. V. pag.* 147.

Anatome XLII. *Hominis ab aneuryſmate arteriæ popliteæ mortui.* Aneuryſma hoc forma ab-

abſceſſus chirurgo impoſuerat, qui tamen mortis in culpa fuiſſe minime cenſendus eſt. Diagnoſin Aneuryſmatum ſæpe eſſe fallacem oſtenditur. Aneuryſma pugni magnitudine, vix digiti craſſitudine in ſua origine. Hæmorrhagia lethalis orta non eſt, niſi die ſexto ab apertura apoſtematis. Epicriſis. *Tom. V. a pag.* 187. *ad* 193.

Anatome XLIII. *Aneurysma popliteum habentis, propter quod amputato crure, Hæmorrhagia periit.* Debito in loco deprehenſum eſt Arteriam popliteam ligatam fuiſſe. Aneurysma inventum eſt & cum Nervo, & cum Muſculo concretum, unde enormis in vita doloris cauſa capitur. Sepimentum in ſacco aneurysmatico. Ligatura Arteriæ libero nervo facta erat, majoremque Arteriam apte claudebat. Fungusque agaricus minoribus admota Arteriis apte cohærebat. Hæmorrhagia facta pluribus e vaſis fuit. Nec ſiſtere eandem Inſtrumentum tornatile potuit. Aut vacua totius corporis majora vaſa erant, aut exiguum modo, gracilemque polypum in axi gerebant. *Tom. V.* a *pag.* 201. *ad* 209.

Anatome XLIV. *Hominis, cujus ventriculus inſolitæ omnino figuræ fuit*, quia multa eidem craſſaque adnata pinguetudo erat, quæ una in plaga eundem premens, in alia minime, illum in hanc formam mutare debuerat. *Tom. VI. pag.* 16. 17.

Anatome XLV. *Ebrioſæ feminæ, ingeſta fere immutata perpetuo vomentis, unaque Hydropicæ.* Omentum geminos digitos craſſum, cum ventriculo, Jecore, Duodeno, Jejuno, Coloque transverſo, arcte cohærens, partes haſce omnes, ceu in unum collegerat faſciculum. *Tom. VI. pag.* 19.

Ana-

Anatome XLVI. *Clari viri, a quindecim annis frequentiſſime vomentis, læſaque deglutitione laborantis.* Ventriculus inverſæ lagenæ inſtar, perpendiculari longitudine 8½. pollicum verſus umbilicum deſcendebat, poſtquam formato Pyloro in Duodenum abibat. Induratum Hepar, atque lobo utroque ultra umbilicum progreſſum; atque indurata, auctaque paulatim Pancreatis Moles, qua Duodenum ad vertebras ipſas admovebat; hanc figuram mirificam ventriculi formaverant, vomitumque perpetuaverant. *Tom. VI. a pag. 19. ad 22.*

Anatome XLVII. *Feminæ 7. menſibus gravidæ, phthiſicæ.* Placenta in uteri dextro latere. Poſt magnam Hæmorrhagiam uterus quacunque in plaga ſecabatur, digiti minimi craſſitiem habuit. Ex vaſis duas lineas amplis ſanguis vi proſiliit, ſemihora a morte. Fœtus jam tunc ſic in utero verſus, ac dicitur ſeſe poſtremo graviditatis tempore vertere. Placentæ conſpectus, ac cohæſionis modus. Aliquid de Muſculo *Ruiſchiano.* Chorii ab utero ſeparatio fere impoſſibilis, ab Amnio facilis, *Tom. VI. a pag. 26. ad 29.* Anatome ſimilis *ibidem.*

Anatome XLVIII. *Innuptæ feminæ*, quæ poſt quatuor annorum Quartanam menſibus demum carens, inque tumorem Hypochondrii ſiniſtri, tandem in Aſciten incidens, 24. libras liquidi tenacis Paracenteſi amiſit, & puris pulmonem opplentis copia demum ſuffocata fuit. Tuba Fallopiana hunc tumorem formabat, inque cavo ſuo alium gerebat tumorem, etiam cyſticum, continentem liquidi fuſci, turbidi, tenuioris, libras 4. In Tuba ipſa libræ 18. puris. Tubæ evacuatæ pondus libr. 7. Pondus Tubæ cum omnibus con-

contentis primum libratæ 30. libr. *Tom. VI. a pag.* 37. *ad* 39.

Anatome XLIX. *Virginis Atreſia laborantis, & chirurgicam curam fruſtra expertæ.* Viva tumorem durum, ingentemque, univerſi Hypogaſtrii ad umbilicum usque per annos geſſerat, Uteri, ambarumque Tubarum mole natum. Ovaria fere naturalia, ut in proxime priore. In vagina nihil non contra Naturam : Sic ut ſectio, quæ, *Aquæpendentis* more, cum unica, tum recta, Membranam diviſerat, deprehenderetur per Urethram in veſicam penetraſſe, ſanguinemque hac ſectione profluum impoſuiſſe chirurgis, qui retardatum catameniorum ſanguinem nunc prodire arbitrabantur. Hymene in cadavere perſecto, carnoſa Maſſa, arcte cum toto ambitu vaginæ unum in corpus connata, totum explebat vaginæ cavum; aſt vero ſupra hac Maſſa carnoſa vagina cava fuit, tantæ quidem ibidem amplitudinis, ut caput Infantis locari in eadem potuiſſet. Sanies nigra contenta in Tubis, nec non in Utero ampliſſimo craſſiſſimoque. *Tom. VI. pag.* 43. *& ſeq.*

Anatome L. *Hominis Tympania ac Pectoris Hydrope laborare crediti*, nihil autem ſimile habentis, & citra vel minimam hæmorrhagiam corpus exſangue exhibentis. An Hydrops pectoris ante Mortem emendatus fuit? *Vid. Hydropem pect. & Tympanitidem. Tom. VI. a pag.* 77. *ad* 83.

Anatome LI. *Hominis, qui Calculos plures cum urina excreverat, & ex quo calculi Symptomatibus vacaverat, Hydropis pectoris ſigna, Orthopnæam nocturnam maxime paſſus, ſuſpicionem dabat, an Diatheſis calculoſa pectus non affeciſſet; in quo tamen id mirabile, quod ultimis* 14. *vitæ diebus ea nocturna*

Orthopnœa omnino careret, eamque, niſi mane diutius in lecto perſiſtens, experiretur. In dextro Thoracis latere reperiebantur VIII. Libræ ſubrubellæ ac putrentis Lymphæ, in ſiniſtro vix quidquam. Cor cum vaſis majoribus omnino aneuryſmaticum. Pulmones peſſimi. Hepatis tanta moles, ut contingeret oſſis ilei criſtam, quacum ope Peritonæi concreverat. Ventriculus plus quam XX. libras aquæ capiens. Renes peculiariter quidem, & eo in loco Peritonæum, ſe habebant, ſed nullus in toto ſyſtemate urinoſo calculus. *Tom. VI. a pag.* 84. *ad* 90.

Anatome LII. *Hominis ex vino Hæmoptoici, & Phthiſici, ſignis carentis hydropis pectoris.* Pulmones corruptione diffluentes fere, plenique ſebaceis tumoribus. Hinc inde jam oſſea erat pars cartilaginea Bronchiorum, nec non ea coſtarum. Hydrops in cavo dextro Thoracis, ſed ſic locatus, ut Paracenteſi auferri nequaquam potuiſſet. Tumores ingentes ad Renes. Ventriculus XII. libras aquæ capiebat. Tres polygoni calculi in veſica fellea. Sex libræ aquæ in Abdomine; in cavo pectoris lævo libra una. *Tom. VI. a pag.* 91. *ad* 94.

Anatome LIII. *Mulieris primum icterieæ, dein dyſpnœicæ, cordis autem vel dolorem, vel palpitationem nunquam paſſæ, nunquam pulſum aut inæqualem, aut intermittentem expertæ;* in qua cor monſtroſæ molis, præ craſſitie & duritie vix contractile, reperiebatur: duo thalami cordis libras duas aquæ continere poterant; Aorta oſſea. Ergo ſine ſignis aderant peſſimi morbi. *Tom. VI. cap. IV. probl.* 3.

Anatome LIV. *Feminæ, ejusmodi morbis diu afflictæ, qui vitalia viſcera affecta inſinuabant, cum*

ſignis dubiis Hydropis pectoris; Pectoris Hydrops inventus eſt; Cor ſtupendæ molis, oſſiculum gerebat in ſuperiore parte carnea ventriculi ſiniſtri, cum valvulis orificiorum admodum induratis, & accurtatis, hinc inde oſſeis, in Aorta autem adeo accurtatis, ut clauſæ facile Aortam conſuetæ Diametri transmiſiſſent. Aorta & aneuryſmatica, & oſſea, per longum ejus tractum. *Tom. VI. Cap. IV. Probl.* 4.

Anatome LV. *Juvenculæ, quæ ſana olim, forſitan a nimia Thoraculi ſui in ſternum preſſione, tubercula in Oſſe ſterni quatuor habebat, pure manantia diu, bene valens; iisdem vero ſiccatis hectica febre corripi cepit, Diarrhœa & Singultu tandem periit.* Os ſterni gibbum, perforatum, ſaccum purulentum poſt ſe habens, formatum a recedente ab eo, coſtarumque principiis, pleura, recedenteque Mediaſtino. Viſcera cæterum omnium ſaniſſima Capitis, Pectoris, Abdominis, cum pulchra ac ſana cum univerſi corporis tum vultus toroſitate, quæ abeſſe alias ab hectica conſumtione ſolent. *Tom. VI. Cap. IV. Probl.* 6.

Anatome LVI. *Juvenis in pueritia teſtem dextrum, inguenque contuſi, a Brachierio, quod Hernioſus crederetur pejus affecti, ventrem univerſum durum ac dolentem habentis, & paucorum poſtmodum dierum ſpatio mortui.* Teſtis biennis infantis caput mole æquans, maſſam in inguine formabat informem, extendentem ſe primo per univerſum Hypogaſtrium, aſſurgendo dein, ac per Menſenterium tranſeundo. cum degenere Pancreate unitam confuſamque, & jecur tangentem; parte vero ſua ſiniſtra urethram elongantem, & cum veſica atque Ureteribus locantem ad criſtam Oſſis Ilei ſiniſtri. *Tom. VI. Cap. IV. Probl.* 7.

Ana-

Anatome LVII. *Viri, qui lapidis infernalis frequentiore ad tumorem in Tibia exſciſſum adplicatione in Tetanum lapſus maxillæ fuerat, in convulſiones abdominis, in Iſchuriam, Emproſtotonon, Febrimque inflammatoriam.* Eminentiæ tres exiguæ, a perioſteo liberæ, in loco affecto in celluloſitate locatæ deprehenduntur. Tophus quidem inerat Tibiæ oſſi; os ipſum vero, ejusque Medulla, ſaniſſima. Elapſis ferme tribus a morte diebus, ingens perſtabat Maxillæ Tetanus. Faucium, Viarumque primarum Glabrities, & Inflammatio. Ventriculus a maſſa adipoſa in duos ſaccos diviſus; vomitum tamen, quam alias a conſimili cauſa natum videramus, in hoc homine non genuit. Aorta aneuryſmatica. *Tom. VI. Cap. IV. Probl.* 8.

Anatome LVIII. *Hominis morbo innominato mortui.* Quippe debiliſſimus ille, vix anteactorum memor, non potuit Anamneſin nobis dare. Pleuritide videbatur laborare, & anxietate producta peribat. Species membranæ informis, laceræ, hinc inde deficientis, Inteſtina tegere videbatur; at vero quodam in loco a nobis perſciſſa, patebat evidenter eſſe tunica inteſtinorum peritonæalis. Ubicumque eam perſcindebamus, inteſtinum potuimus veluti evaginare, & tota omnia inteſtina, æque craſſa, quam tenuia, ſic evaginavimus. Ergo omnia inteſtina ſeparata fuerunt ab omni cum corporis vaſis nervisque commercio. Purgantia priusquam ad nos adduceretur, operata in morbo fuerant. Obſervata quædam de Ligamento Coli, deque vera inteſtinorum longitudine. *Tom. VI. Cap. IV. Probl.* 9.

Anatome LIX. *Mulieris venereæ, cui magna moles intra ampliſſimam vaginam propendebat, vix tamen extra labia deſcendens.* Ileum inteſtinum parte ſua

ſua a Meſenterio averſa arctiſſime cum utero concreverat, tumoremque referebat pugno majorem, qui ſecundum uterum in vaginam propendebat; ita tamen, ut inteſtini pars meſenterio nexa cavitatem ſufficientem haberet, qua inteſtinorum contenta ad Coli valvulam, pergerent. Herniæ incarceratæ ſymptomata pati hæc ſæpe debuerat, (*vid. Anat. IX.*) nec eſt paſſa tamen. Eſt alterum exemplum *Herniæ inteſtino-vaginalis.* Vide primum in Anat. tertia. *Tom. VI. Cap. IV. Probl.* 10.

Anatome LX. *Pueri 5. annorum, quem 60. die a ſecto calculo mors ſuſtulerat.* Cicatrix formata vulneris ſex cum dimidia linearum longitudinem habebat, in eoque punctulum apertum, quo perpetuo urina ſtillaverat. Patuit ſic, quid fiat, dum *Fratris Coſmi Lithotomo occulto* Lithotomia peragitur. Sectio nempe ſic per totum veſicæ collum fit, ut ſuperior ſectio colli aliquid de veſica perſcindat, inferior quid de Urethra, æquabiliſſimeque tranſcindat Proſtatam, & ſectionis obliquitas evitet inteſtinum rectum, dummodo hoc curetur ante ſectionem collapſum eſſe. In cadavere enim, in quo experimenti gratia operationem feceramus, idque recto inteſtino fæce turgente, vulneravimus illud. Veſica prorſum vacua fuit, tam parva autem, ut duarum unciarum pondere calculum vix potuiſſet comprehendere; compactiſſima quoque, & tres lineas craſſa. Glandulæ Meſenterii duræ. Ingens Pancreas unus Scirrhus. Hepar ac Lien Scirrhos in ſe gerebant. Pulmo dexter unus Scirrhus; ſiniſter in quadam mollitudine innumeros Scirrhos fovebat. Sic & glandulæ ad externas diviſiones Tracheæ, Thymusque ipſe. *Tom. VI. Cap. V. Hiſt.* 1.

Ana-

Anatome LXI. *Juvenis, cui ad invincibilem Amauroſin Uſtio Cranii, autoritate omnis ſcholæ medicæ facta fuerat, et qui ad finem diei quarti ab operatione elapſi, per omnia, ut videbatur ſanus, ſubito extinguebatur.* In externo Cranio nihil mali; labia enim vulneris bona ac ſuppurantia. Olla Cranii ablata, vix quid videbatur periiſſe de oſſea ſubſtantia. Dura mater autem ibi loci ſuppurari cepit. Arachnoidea cum pia matre corrugata. Ambæ meninges in univerſo cerebro perquam inflammatæ. Cerebrum integerrimum. Optici Nervi boni. In abdomine ventriculus valde inflammatus, jamque multis in locis gangrænoſus. Omnia, Pulmones et inter ſe, et cum Pleura, Diaphragmate, ac Pericardio, indiſſolubiliter unita, et concreta. Interim læſa nunquam apparuerat in vita reſpiratio. Et bonus appetitus ad vitæ finem usque cum inflammato jamque in gangrænam verſo ventriculo fuit. Nec febris ulla. *Tom. VI. a pag.* 259. ad 264.

Anatome LXII. *Juvenculæ, cui eodem tempore ob eandem, ob quam priori, cauſam cauterium fuerat Cranio admotum.* Prima ſymptomata, ut in puero præcedente. Dein bonus appetitus. Altera die cervicis dolor. Tertia die bene habuit, febricula excepta. Quarta die pejus. Sanguis tunc miſſus ſumme phlogiſticus. Aphonia. Hebetudo. Cogitatum de Trepano fuit: cur id tamen adhiberi non debuerit? medio die quinto cum leviore convulſione faciei obiit. Vix quid fuit de craſſiſſima ſubſtantia cranii tactum cauterio. Sub eo tamen loco Dura mater ſuppurabatur, et in toto Hemisphærio cerebri ſiniſtro, ubi Uſtio facta, multum puris inter Meningem utramque inventum fuit, et utraque Meninx toto in Cranio inflammata. Aër in

in vaſis cum ſanguine. Ventriculus ſuperior ſiniſter tria cochlearia plena Lymphæ continuit. Cerebrum inuſtionis in loco flavius ac liquidius. Ingens Infundibulum repletum partim materie pulti ſimili, partim calcaria, concretum præterea cum pia matre opticum involvente, premensque opticorum coalitum. Pulmones, ut in proxime priore, & inter ſe, & cum omnibus contiguis partibus, firmiſſime concreti. Spaſmus Pylori 24. horis a morte apparuit adhuc, ſequenti vero die ſponte ſolutus. *Tom. VI. a pag.* 264. *ad* 272.

Anatome LXIII. *Feminæ aneuryſmaticæ, cujus hiſtoria quæratur ſub Aneuryſmate ex Tom. V. pag.* 193. In loco antiquo jam ne veſtigium quidem Aneuryſmatis, Cor vero partim aneuryſmaticum, partim induratum atque anguſtatum. Polypus ingens Auriculæ dextræ, Arteriæque pulmonalis. Columnæ cordis cartilagineæ. Pulmones tuberculoſi. Aneuryſma ergo loco mutatum fuit, ut in exemplo Tom. IV. pag. 15. & 23. patuit. Epicriſis. *Tom. VI. a pag.* 74. *ad* 80.

Anatome LXIV. *Principis, qui a convulſione terribili curatus integro anno videbatur aſſumto Fol. Aurant. pulvere. (vid. Tom. VI. p. 311. 312.) Fuit poſtmodum obnoxius dolori capitis ſupra oculum dextrum fixo, tinnituque Aurium; quæ tamen mala jam aderant ante Convulſionem. Pulſus poſt curatas convulſiones ſemper malus; tuſſis deinde inanis; veſpertina febricula, ac tota in vita flatulentia tanta, ut ſolo corporis attactu violentos in ructus prorumperet. Mercurius & Decocta lignorum incaſſum data. Peripneumonia. Mors.* In Cranio ſupra orbitam dextram plaga Denarii magnitudine carioſa, cum accretis meningibus, & cerebrum ibi loci nonnihil mutatum. Serum ſub pia matre; eadem Membrana dex-

dextro in latere turgidior ſanguine. Aëi in arteria cervicali *Williſii.* Nervus opticus dexter tenuior ſiniſtro poſt coalitum. Pulmones flaccidiſſimi. Annuli Aſperæ arteriæ nec non Bronchiorum, oſſei. Valvularum mitralium margines in Thalamo ſiniſtro fere oſſeæ, generantes oſſeam ſubſtantiam oblongam digiti minimi articuli longitudine, in cor ipſum pendulam. *Tom. VII. a pag.* 90. *ad* 93.

Anatome LXV. *Juvenis, qui Aſthmate ſicco periodico, perfecta inter Paroxyſmos ſanitate, per triennium laboraverat, paroxyſmum quemque ſpatio* 5. *vel* 6. *minutorum, cohibita quoad ejus facere poſſet anima, terminaverat, & demum hac cohibitione perierat.* Dexter pulmo integre incretus Pleuræ, tubercula gerebat in lobo ſuperiore. Annuli aſperæ arteriæ, Bronchiorumque, oſſeæ rigiditatis. Et Aortæ, & Cordis ſiniſtri Aneuryſma cauſæ proinde plures adfuere morborum cum validorum, tum diuturnorum, & nihilominus Aſthma duntaxat leve obſervatum eſt, rarumque, & breve. An retinendo aërem in Paroxyſmo tamdiu, ut præſens in Noſocomio, Paroxyſmo eum poſt lectionem invadente, non ſine horrore, & inquietudine, intueri Autor potuerit, ipſe tandem ſibi vitam ademit? *Tom. VII. a pag.* 100. *ad* 103.

Anatome LXVI. *Mulieris cujus Hydrops cyſticus deſcriptus fuit Tom. IV. pag.* 67. *& Tom. V. pag.* 63. *cui bis Paracenteſis facta fuerat, fruſtraque tertia in Noſocomio tentata, mortua denique in Noſocomio fuit.* Peritonæum innumeris in plagis cum cyſtico tumore concretum, ſeparari ab eodem non potuit; ubi non concretum inde gelatum flavum effluxit. Tuba *Falloppii* dextra in tumorem abiverat explentem totum fere Abdomen, aliosque

præ-

præterea ingentes in ſe continentem tumores; quorum unus videbatur ipſum eſſe Ovarium. Deſcriptio ſubſtantiæ ſacci. Circa umbilicum, infraque eum, tumor peculiaris, hydaticus, qui mentitus olim fuerat graviditatem. Ipſum Peritonæum univerſum obſidebant mirandæ fabricæ tubercula. Hydatica inteſtina meſenteriumque. In ſingulis hydatidibus gluten. Vaginæ & per ſuperiora, & per inferiora, prolapſus. Ventriculi cerebri vacui, extenti tamen, ac pulcre fornicati, quod qui ſine extendente materie fieri poſſit, merito quæritur. *Tom. VII. a pag.* 116. *ad* 124.

Anatome LXVII. *Juvenis, qui diu ventre quidem toto, magis autem Epigaſtrio dextroque latere tumens, Chirurgiam addiſcebat tamen, Acuti autem morbi die nono perierat.* Totam jecur fecerat molem. Sex quippe in eo ingentes cavernæ, quæ ſingulæ & Hydatides erant, & in Lympha ſua Hydatidas minoris molis continebant, numeroſas admodum, libere innatantes, ac nulla monſtrantes, quibus cohærere potuerant, pedunculorum veſtigia. *Tom. VII. a pag.* 124. *ad* 129.

Anatome LXVIII. *Mammæ*, quæ Scirrhum in cancrum vertentem referens, unica Hydatide, ſed ingenti ita turgebat, & cum indurata celluloſitate inæquali in Hydatidis ſuperficie Scirrhum; & præ dolore preſſionis Hydatidis ad partes vicinas Cancrum ſimulabat. In Hydatide Hydatides, quatuor minores libertime fluctuantes, nullibi affixae Hydatidi majori. Adjungitur Anatome *Thyroideæ glandulæ enormis*, quæ & Hydatidas, & omne præterea Tumorum genus in ſe continebat. Confirmatio ſimilium tumorum, exterius inæqualium, durorumque, quæ *Morgagno* meræ Hydatides eſſe viſæ ſunt. *Tom. VII. a pag.* 130.
ad

ad 134. Adjungitur demum aliud exemplum Mammarum, duritie & dolore cancrum referentium, quæ facta ad dorſum Metaſtaſi penitus conciderant. *ibid. a pag.* 134. *ad* 137.

Anatome LXIX. *Viri, qui alto ex loco præceps in flumen datus, tumorem naſci in inguine cepit perſentiſcere, eumque eo usque occultavit, donec cruris eodem in latere ſtupor impediret ingreſſum. Dubia acceſſere Herniæ ſymptomata, & mors.* Corpus ſanum. In inguine Peritonæum, ut & in toto Hypogaſtrio, ad Renes usque, degeneraverat in craſſas moles, in centro hydaticas, comprimentes omnia per ambitum vaſa nervosque. *Tom. VII. a pag.* 138. *ad* 141. Pathologica diſcuſſio de Hydatidibus. *ibid. ab* 141. *ad* 158.

Anatome LXX. *Uteri Parturientis feminæ, & in partu præternaturali Hæmorrhagia pereuntis.* Quamvis uterum a tanta Hæmorrhagia multum concidere oportuit, perſciſſus tamen habuit ubique pollicis fere craſſitiem; vaſaque, quæ calamum ſcriptorium capere potuiſſent. Quo loco placenta hæſerat, multarum lacunarum veſtigia, fibrasque, ceu muſculares, multas, conſpicere licuit in ambitu Placentæ. Uterus cum tertio graviditatis menſe pedibus eſſet a crudeli marito conculcatus, abiverat in dextra ſuæ ſubſtantiæ parte in Steatoma pendens libras XIII. & unc. IV. Explicatio phænomenon graviditatis, partusque. *Tom. VII. a pag.* 205. *ad* 209.

Anatome LXXI. *Hominis mortui cum Calculo in veſica*, facta præcipue, ut Machinæ ad ileum morbum ſolvendum laudatæ (vide Ileum) vis in ſuperanda reſiſtentia valvulæ coli, nec non injectæ per eandem aquæ progreſſus, & quo vomi-

tum creet modus, rite conſpicerentur. Adduntur que quæ potiſſimum hic notanda ſint. *Tom.VIII. pag.* 253. 254.

Anatome LXXII. *Mulieris, quam Pleuroperipneumonia die* 7. *ſuſtulerat.* Jecur in ea, & Splen, molis ingentis, Hydatisque in Jecinore grandis. Sanguis in corde, vaſisque majoribus, inflammatiſſimus. Pulmones omnino liberi. Lobus ſuperior in ſiniſtro durus ſic, ut in aqua ſubſideret. Calculi in pulmone. *Tom. IX. a pag.* 5. *ad* 9.

Anatome LXXIII. *Mulieris nono die neglectæ Pleuro-peripneumoniæ mortuæ.* Ventriculi inteſtinalis figura, a mole jecoris, ſplenis, & coli. Pylorus cartilaginea duritie elaſticus. Colon inteſtinum figuræ ſingularis, & una tertia longius. Multa atque fortis ſiniſtri pulmonis verſus ſuperiora cum pleura concretio, dextri pauca. Uterque lividus hinc, illinc purpureus, mollis tamen. Semilunares Aortæ valvulæ, ipſaque Aorta, mole craſſæ, duritie cartilagineæ. *Tom. IX. a pag.* 11. *ad* 15.

Anatome LXXIV. *Ruſtici, quem neglecta Peripneumonia e vivis ſuſtulerat.* Parvum jecur, parvus ſplen, ſic ut eorum nihil ſub coſtis tangi potuiſſet; contrario prorſum modo quam proxime prioribus. Jam affecerat gangræna Lienem. Colum totum tympaniticum, ac flexus tres ſupernumerarios, indiſſolubili membrana nexos, habebat. Omnis Cordis Arteriarumque ſanguis inflammatoria ſpiſſitudine immeabilis. Pulmones ex nigro purpurei, ubique accreti. Pleura quodam in loco partim craſſa cartilagineaque, partim oſſea. Pars pulmonis in aquam projecta, mox petiit fundum. *Tom. IX. a pag.* 18. *ad* 22.

Ana-

Anatome LXXV. *Juvenculæ a Ventriculi Pulmonumque inſlammatione die quinto denatæ.* Lien gangrænoſus. Ventriculus ab inflammatione prægreſſa magnam quoque partem jam in gangrænam converſus; licet prima atque altera die vomuiſſet duntaxat; die tertia autem, & quarta, copioſe avideque oblata & aſſumpſiſſet, & retinuiſſet. Ingens ventriculus, ſic ut integrum Epigaſtrium ad latera utrinque coſtarum expleret. Purpurei toti Pulmones, multumque concreti cum Pleura. In Corde atque Arteriis majoribus ſanguis præ ſpiſſitudine inflammatoria omnino impermeabilis. *Tom. IX. a pag* 25. *ad* 28.

Anatome LXXVI. *Viri* 39. *ann. qui a vi externa anno ætatis octavo Lumbis illata, dolore loci, mictu cruento frequenti, diuque purulento; febre deinde, tumore, abſceſſuque Lumborum fætido, ac ſæva tandem Pleuritide periit.* Ren dexter monſtroſæ magnitudinis, rotundus, a quo Pus, perforando, ac ſinus fiſtulaſque formando, prodierat foras. In eo Rene XVI. variæ magnitudinis calculi, unc. VI. & ultra pondere. Pleura inflammatiſſima. Pulmones ruberrimi. Sanguis ad vitalia impermeabilis. Appendix longus, iſque muſculoſus, Auriculæ Cordis ſiniſtri. Diaphragma admodum inflammatum. *Tom. IX. a pag.* 34. *ad* 38.

Anatome LXXVII. *hominis* 34. *ann. cui vis ingens illata Thoraci erat ſic, ut ſexennio exin incommodo leviore vitam protraheret; exin vero peſſime reſpirare inciperet, & ultimis tribus vitæ menſibus & pulſum haberet intermittentem ſic, ut ſex pulſationum tempore deficeret, & cum frigore marmoreo quatuor poſtremos vitæ dies perfecta Aſphuxia tranſiret.* Inteſtina omnia citra exemplum fere contracta, nec incraſſata tamen. Pericardium utrumque Thora-

cis Cavum explebat ſic, ut Pulmones vix ſpatium haberent ſe explicandi, non duri tamen, nec cum vicinis connati. Ex Pericardio eductis primum liquidi ſubviridis turbidique libris quatuor, dein aquæ rubellæ libris duabus, profluente demum copioſo ſanguine, conſtitit Aneurysma ruptum fuiſſe. *Tom. IX. a pag.* 39. *ad* 43.

Anatome LXXVIII. *Sexagenariæ, quæ dudum peſſima Reſpiratione & ſignis latentis prope umbilicum Aneurysmatis laboraverat.* Pulmones ubique & accreti, & tuberculis pleni. Vulneratis ſingulis majoribus vaſis, nullus fere apparuit toto in corpore ſanguis. Nullum Aneurysma; ipſo vero in loco pulſante Inteſtinum colon, quatuor digitorum longitudine, ſesqui pollicem amplum, ab utraque autem parte hac ampla adeo coarctatum, ut ne aëra quidem, niſi vi adhibita, per ambos hos Angiportus traducere poſſemus. *Tom. IX. a pag.* 43. *ad* 45.

Anatome LXXIX. *Feminæ, quæ tumore duro Abdominis, eoque annoſo, laborans, demum ſumma macie, ac debilitate confecta, ad* 32. *ætatis annum expiravit.* Ex Meſenterii glandula tumor natus deprehenditur pondere librarum medicarum propemodum triginta, inferiore ſui parte ſulco profundo excavatus: imo in ſulco Inteſtinum Ileum & tuto locatum, & intime connatum erat. *Tom. IX. a pag.* 46. *ad* 47.

Anatome LXXX. *Hominis, qui ob ulceroſi cruris gangrænam, tantam paſſus Hæmorrhagiam fuit, ut moreretur.* Granuloſum ac friabile Hepar. Splen fere V. librarum, non morboſus quidem, ſed Inteſtina mole ſua detrudens aliorſum. Duæ unciæ puris quotidie quidem ſputorum more prodiere

in

in vita, a morte nihilomiuus inventi ſunt ſaniſſimi pulmones. *Tom. IX. a pag.* 48. 49.

Anatome LXXXI. *Helluonis*, cujus ventriculus utrinque coſtarum arcus tangebat. *T. IX. p.* 54.

Anatome LXXXII. *Mulieris ab Hernia umbilicali conſtricta intra* 30. *horas mortuæ.* Elapſis 35. a morte horis, Emphyſema univerſum corpus reddiderat quadruplo amplius naturali mole, ſic ut ſandapila profecto includi capique non poſſet. At vero gangrænoſa cute ad plagam hernioſam inciſa, de ſubjecta cellulofitate mox fætidiſſimus aër impetuoſiſſime exſiliit, exſilireque ita continuavit, ut feneſtræ januæque omnes, ne in animi deliquium incideremus, aperiundæ forent. Sacco hernioſo aperto; Inteſtinum tumidiſſimum ulnæ dimidiæ longitudine extra umbilicum, nullo modo conſtrictum, propendebat; ſic ut a gangræna ſoluta fuiſſe hæc conſtrictio videatur. *Tom. IX. a pag.* 207. *ad* 210.

Anatome LXXXIII. *Viri decimo colicæ Pictonum paroxysmo perempti.* Erat hic viſcerum notanda ſedes, ut in Diagnoſi ab affecto in vita loco prudentiam diſcamus. Mirabilis Tympania ſine tumido ventre, imo cum ventre introtracto, & cur hoc? Pathologica Inteſtinorum diſcuſſio. *Tom. X. a pag.* 12. *ad* 22.

Anatome LXXXIV. *Hominis quarto colicæ Pictonum paroxysmo mortui.* De viſcerum ſitu ſimiles, ſed alio a proximo priore modo, obſervationes. Coli arctationes portentoſæ. *Tom. X. a pag.* 30. *ad* 40.

Anatome LXXXV. *Viri levioribus ſæpe, graviore demum Pictonum colicæ inſultu peſſime affecti,* &

& in reconvaleſcentia ſubito pereuntis. Dubia cur & quando ſunt ſigna mortis? Præter degenerum maxime colon, Antrum ſtupendum formaverat Duodenum. Ut in omnibus, quos hoc morbo enectos vidimus, ita etiam in hoc viro altitudo Ventris naturali longe major, ea Thoracis multo minor. Subitaneam mortem hæmorrhagia intulit. *Tom. X. a pag.* 44. *ad* 50.

Anatome LXXXVI. *Figuli, qui colicæ pictavenſis itu redituque miſere conflictatus, tandem* 20. *Dierum Tetano enectus eſt.* Rigidiſſimum ita cadaver, ut merito ab ejusdem ſectione abſtineremus, donec ſigna mortis paterent certiora: hora a morte 50ma. rigor, eo dorſi excepto, abiverat, maxillam autem adhuc tenebat Tetanus. Quædam in cerebro notanda. Colon Inteſtinum mirum in modum hinc amplificatum erat, hincque arctatum. Introſuſceptio Inteſtini Ilei, quæ nata non niſi mortis ſub luctam videbatur. Pulmones omni adhæſione liberi valde inflammati. Vacuum Cor utrumque. Inflammata Pia meninx. Serum in Encephalo, & aliquot ejus unciæ in cavo Thoracis. An multo ſanguine infarcti pulmones, unaque ſudor in ægritudine multus, Tetanum generarunt, quia in Tetanoideo *Valſalvæ* ſimilia obſervata? An vero potius ſerum in Encephalo, cum inflammatione Meningis, cauſa Tetani fuit; quia in Opiſtotono ſimilia deſcribit *Bontius*? *Tom. X. pag.* 129. 130.

Anatome LXXXVII. *Peripneumonici.* Oculi bihorio a morte viventis inſtar; horis 23. a morte elapſis opaci & corrugati. Sedes Coli in umbilici regione, & figura ejus abſona prorſus. Ileum hic inflammatum, ibi gangrænoſum. Inflammatio notabilis in ventriculo. Et ubique, & firmiter

miter, connati cum vicinis pulmones. Omnia in capite ſicca. *Tom. XI. a pag.* 120. *ad* 123.

Anatome LXXXVIII. *Hominis Ileo morbo defuncti.* Abominabilis fœtore aër ex Panniculo adipoſo ventris prodiit, clauſo adhuc Peritonæo, ut in Anatome LXXXIII. Coli Inteſtini degenerans forma in tabula exhibetur. Portiones Ilei Inteſtini longæ multam aut inflammationem, aut gangrænam notabant, quo in loco dolor fuerat. Nec immunis ab inflammatione ventriculus. Phthiſicus olim creditus, & perpetua tuſſicula in ſua qualicunque ſanitate laborans, pulmonem liberrimum ab omni cohæſione habuit, ſed, ut letali Peripneumonia ſolet, ſanguine infarctum. Quod autem peculiare, ſubmerſorum Pulmonum inſtar fundebant ſerum copioſum, quocunque in loco perſcinderentur. *Tom. XI. a pag.* 132. *ad* 137.

Anatome LXXXIX. *Hominis, cui in Ileo morbo dragmam Mercurii dulcis dederat Agyrta, & Medicus deinde ter Mercurii crudi libram mediam.* Colon inteſtinum, ut adjecta figura monſtrat, duodecim habuit ejusmodi flexus, ut eorundem ſinguli inferre mortem potuiſſent: ſed Colici Tympanitici flexus lienaris altiſſimus, tum etiam Hepar, cum mole immenſum, tum ab inteſtinis, copia aſſumtorum injectorumque ad crepaturam fere diſtentis, in altum elatum, omnem vitalem ſiſtere potuerunt ad præcordia motum. *Tom. XI. a pag.* 175. *ad* 182.

Anatome XC. *Feminæ hydropicæ, cui quatuor antea menſibus facta Paracenteſis fuerat.* Enormis mole Aqualiculus aqua putrida plenus erat, licet de ſpontanea prope cicatricem paracenteſeos apertura multa effluxiſſet ejusdem copia. Signa quidem

& cyſtici Hydropis, & una Aſcitis, in vita comparuerant, prætereaque ingentem mox a paracenteſi deprehenderamus pone umbilicum tumorem; in cadavere vero nihil ſimile invenimus. Phænomeni ratio in ſequenti cadavere quæritur, in quo quid ſimile in vita obſervatum. Altitudo Gibbi Diaphragmatis tanta erat, ut cor ferme ad jugulum hæreret, vixque locandis pulmonibus adeſſet ſpatium. Ipſe Thorax erat ob repandas infimiores coſtas breviſſimus. Hepar integrum intra coſtas abſconditum; quod cum non raro fiat, minus miramur ab *Hippocrate* inter viſcera fuiſſe locatum Thoracis. Vera bilis atra. *Tom. XI. a pag.* 234. *ad* 244.

Anatome XCI. *Hydropicæ, quæ multis retro ab annis magno tumore, eoque aut unico, aut duplo, aut triplo, medio in ventre laborans, primum non niſi menſium tempore, poſtmodum autem perpetuo doluit.* Lympha abdominis pſeudo-meningibus fluctuantibus plena erat. Ingens porro, viſceraque plura contegens membrana rubra comparebat, proceſſus a ſe dimittens, eaſque, æque rubras, cum ad centrum Meſenterii, tum ad viſcera varia affigens, & inſerens. Jecur cum Peritonæo, Inteſtino colo, atque Ventriculo, arcte unitum fuit. Ventriculus Scirrhoſus. Ren ſiniſter durus, dexter cartilagineus. Calculus veſicæ felleæ. Cordis apex ope proceſſus plane cartilaginei ſuo fuit cum Pericardio nexus. Cordis ſiniſter Thalamus tantæ craſſitiei, atque duritiei fuit, ut non videretur eſſe contractilis. Porro antiqui perpetuique tumoris cum ne veſtigia quidem cadaver geſſerit, Tympaniticus ille fuerit oportet; quem in modum & tumorem mulieris Anat. XC. intelligitur: quæ ſi vera, utique Tympanias curationem

a natura factam, eamque nec arti impoſſibilem eſſe, oſtendunt. *Tom. XI. a pag.* 244. *ad* 270.

Anatome XCII. *Juvenculæ Hydropicæ, cui intra* $4\frac{1}{2}$. *menſes paracenteſis facta octies fuerat.* Ovarium dextrum in craſſiſſimum ſaccum, univerſum fere explentem abdomen, connexum hinc inde & cum Peritonæo, & cum viſceribus. De frequenti hac Paracenteſi, deque vario ejusdem inſtitutæ modo, vide *Paracenteſin* & *Hydropem* Trilocularis ſaccus ille fuit, isque diſpoſitus ſic, ut trium ſaccorum quisque numeroſiſſimis ſepimentis eſſet in loculamenta plurima diviſus. *Tom. XI. a pag.* 279. *ad* 288.

Anatome XCIII. *Textoris a Peripneumonia die medio octavo peremti.* Pulmo in cadavere neutiquam inflammatus, ſed Ventriculus, multaque Inteſtinorum, Omenti, ac Meſenterii pars, ut & Peritonæum univerſum; hocque citra notabilia tantæ tantarum partium inflammationis in vita ſigna. *Tom. XIV. a pag.* 11. *ad* 24.

Anatome XCIV. *Cementarii* 32. *ann. Pleuroperipneumonia, ut videbatur, peremti.* Inflammatum pericardium, cor, pleura, pulmonesque, cum cruſta ad omnes inflammatas partes a ſero inflammatorio transſudante nata. Hydrops pericardii, & utriusque Thoracis cameræ, non ab aqua, ſed a turbido liquore. *Tom. XIV. a pag.* 25. *ad* 33.

Anatome XCV. *Cellarii* 30. *ann.* per omnia fere, eaque multiplicia, conſimilis cum proxime præcedente. *Tom. XIV. a pag.* 37. *ad* 42.

Anatome XCVI. *Junioris feminæ maritatæ, quæ matre genita, quam Vomitus immedicabilis, & Phthiſis pulmonalis e vivis ſuſtulerant, pallida perpe-*

tuo, *& frequenti laterum dolore vexata*, *eodem utroque*, *quo Mater*, *morbo*, *in juventutis flore obiit*. Cum filiam poſt ſe reliquiſſet, cui idem metuebant maritus, avusque, in cadavere juſſere tantorum rimari cauſas malorum. Ab enormi jecinoris mole ventriculus diviſus inveniebatur in duos ſaccos, ob idque in vomitum inevitabilem pronus; cui tamen meſenterii immenſus adeps, multas in ventre partes, ac præcipue inteſtina comprimens, ſymbolam contuliſſe videbatur, & peſſimam cacochymiam generaſſe. Hydrops Pericardii, & utriusque Thoracis. Uterque Pulmo numeroſis tuberculis, pure plenis, ſcatebat. Pericardium, Diaphragma, Pleura, inflammatiſſima. *Tom. XIV. a pag. 53. ad 64.*

Anatome XCVII. *Pueri ſubmerſi*, cui nulla in pulmone aqua inventa eſt, cum ſignis peripneumonicæ mortis magis, quam apoplecticæ. *Tom. XV. Cap. II. Sect. I. §. III.*

Anatome XCVIII. *Suſpenſi viri*, cujus *nullam* Pulmo habuit *aquam*. Pulmo ut peripneumonicorum. Quædam etiam in Cranio mortis apoplecticæ. Inteſtina a copioſo cruore purpurea. *ibid. Sect. II. §. I.*

Anatome XCIX. *Mulieris ſuſpenſæ*, *& poſt ſuſpenſionem ſubmerſæ.* Oſſicula duo libera in Dura Matre, in Pia unicum. Nulla ſigna Apoplexiæ in capite, Peripneumoniæ autem in pectore multa. Fortis pulmonis lævi cum Pleura concretio ope membraneorum imo ligamentoſorum vinculorum. Spumoſa aqua in Pulmone copioſiſſima. Inteſtina omnia inflammata. Vermes numeroſi cum nido ſuo duobus jejuni inteſtini locis. *ibid. §. 2.*

Ana-

Anatome C. *Viri ſuſpenſi, & poſtea demerſi.* Nulla ſigna in capite mortis apoplecticæ. Dexter pulmo liber, ſiniſter cum omnibus vicinis concretus. Abundantiſſima ſpuma in tota ſubſtantia Pulmonis, & in Trachæa, Bronchiisque. In Abdomine inflammatio univerſaliſſima. *ibid.* §. *III.*

Anatome CI. *Viri ſuſpenſi, deindeque ſubmerſi.* Dexter Pulmo cum omnibus vicinis partibus concretus, ſiniſter per omnia liber. Spuma abundantiſſima ubique in pulmonibus. Mortis peripneumonicæ ſigna vera, apoplecticæ nulla. *ibid.* §. *IV.*

Anatome CII. *Strangulati privigni a Matertera.* Hic non fuit ſubmerſus. Signa aliqua apoplecticæ, multa peripneumonicæ mortis. Sero ſpumoſo pulmones vacui. Cor utrumque vacuum. Sanguis in corpore ſic ſolutus, ut ex vena exceptus; quod phænomenon in omnibus Demerſis, Suſpenſisque conſtanter apparuit. *ibid.* §. *V.*

Anatome CIII. *Suſpenſi*, ſine ulla ſpuma in Pulmone. Uterque pulmo concretus ubique cum vicinis. *ibid.* §. *VI.*

Anatome CIV. *Militis Peripneumonia & Iſchuria mortui.* Immenſa Jecinoris moles, & quid inde ſequi neceſſe erat. Parvi Calculi in Rene ſiniſtro, unus in uretere, unus in urethra. Concretio Pulmonum. Pulmones non concidentes, ne tranſciſſi quidem. Abundantiſſimum ſpumoſum in illis ſerum. *Cap. II. Sect. III.* §. *I.*

Anatome CV. *Juvenis Pleuroperipneumonia mortui.* Jecur iterum ingens. Pulmonis dextri multa cum vicinis concretio. Uterque pulmo multo turgebat ſero ſpumoſo. Utriusque inflammatio ſumma. §. *II.*

Ana-

Anatome CVI. *Rev. Sacerdotis Pleuroperipneumonia mortui.* Ingens hernia *Entero-Oſcheo-cele.* Colon habuit tredecim flexus. Ut in binis prioribus, ita & hic Ventriculus inſolitæ figuræ fuit præ mole Hepatis. Ventriculi, nec non Pleuræ univerſæ, ſumma Inflammatio. Hydrops utriusque Thoracis. Lobus utriusque pulmonis ſuperior cum Pleura unitus arcte. Pulmones pleniſſimi ſpuma ubique, portioneque ſui aquæ fundum petebant. Inflammatio Pericardii. Vaſa in Cranio ſanguine turgida. Pia mater inflammatiſſima tota. *ibid. §. III.*

Anatome CVII. *Strenuiſſimi militis*, qui a quadriennio multa in pectore & ad Præcordia paſſus, febre ardente, ex ira nata, periit. Pulmones ambo cum Pleura concreti, ſiniſter etiam cum Diaphragmate: dumque hic ſolvebatur a Pleura ubique locorum vel Abſceſſus, vel ichoris reperiebantur collectiones. Gravis aliquibus portionibus hic idem pulmo, in aquam ſubſedit, parte leviore ſua ſpuma ſeroſa ſcatebat: hæc in inferiore lobo: ſuperior ejus lobus copioſiſſimam habuit ejusmodi ſpumam. Inflammatum Mediaſtinum, Diaphragma, Inteſtina. *ibid. §. IV.*

Anatome CVIII. *Hominis ſaltatoris*, pleuroperipneumoniæ die 7. mortui. Pulmo dexter duobus in locis cum Pleura concretus, ligamentoſis, vaſculoſisque vinculis. Inflammati toti pulmones. Principia Hydropis Thoracis. Pulmones transſciſſi madebant, ſerumque undique manabant; preſſi vero ſeri ſpumoſi fuderunt uncias octo. Inflammatio aſperæ arteriæ ac Bronchiorum, nec non Cordis, Arteriarumque majorum. Jecoris ingenti mole, forma ventriculi inteſti-

teſtinalis. Colon monſtroſum. Pia Mater inflammata. *ibid.* §. *V*.

Anatome CIX. *Viri*, qui febre ardente protracta 15. die perierat. Cohæſio pulmonum, eorundemque ſumma inflammatio. Ingens in iis ſpumoſi ſeri copia. Inflammatio univerſalis Arteriarum, Venarum, Cordis, Ventriculi, Hepatis; Colum tympaniticum. Pia Mater inflammata. *ibid.* §. *VI*.

Anatome CX. *Hominis* poſt fracturam tertiæ coſtæ dextræ ab annis octodecim pectore laborantis, tandem Pleuroperipneumonia enecti. Peculiaris in hac coſta obſervatio. Ultra libram puris inter pulmonem dextrum & Pleuram, in diverſis locis ab accretione liberis. Vincula fortia & vaſculoſa Pulmonem cum Pleura uniebant. Pulmones inflammati, Aſpera arteria, Bronchiaque pariter, Pleura, Diaphragma, Ventriculus, Renes. Pars pulmonis in aquam ſubſedit. Serum ſpumoſum rivatim pulmo fudit. *ibid.* §. *VII*.

Anatome CXI. *Viri ſubmerſi*, ad vitam quidem revocati, ſed acutiſſima ſuperveniente peripneumonia enecti. Spuma pauca, ſanguis copioſiſſimus, in Pulmonibus. Inflammatio pene univerſalis, inteſtinis, aliisque paucis, exceptis. Glandula pinealis male affecta. *ibid. Cap. I.* §. *III*.

Aneuryſma internum in ſingulis univerſi corporis arteriis poſſe fieri obſervata docent. *Tom. IV. a pag.* 9. *ad* 14. Duplex aliquando creditur, dum ſimplex modo ſit. *ibid. pag.* 14. Oſſeum nonnunquam intus eſt. *pag.* 15. Diſparere videtur, dum reapſe ſubſiſtat. *pag.* 15. & 16. Aliquando compoſitum eſt. *pag.* 16. & 17. Hujus conſpectus anatomicus additur. *pag.* 17. & 18.

Aneu-

Aneuryſma enorme cordis, rupturæ proximum, cum Anatomica corporis inſpectione. *pag.* 18. *ad* 20. Reſpondetur ad Quæſtionem cur Aneuryſma ſæpe tenues habeat tunicas, ſæpe craſſas, ſæpe diſpoſitas in Lamellas? Nonnunquam lamellas haſce factitias membranas eſſe oſtenditur, aliquando veras membranas, quæ e veteribus enaſcuntur. *pag.* 21.

Aneuryſma externum molliter tangendum eſt, & cur? *ibid. pag.* 22. Cur aneuryſma non pulſet in multis? *pag.* 22. Cur poſſit mutare ſedem? *p.* 23. Machinæ illud comprimentes aliquando letales. *pag.* 24. Cur nunc parum nihilve incommodi excitet, nunc iterum plurimum? *pag.* 24. 25. Unde tremulus ejusdem motus? *pag* 26. 50. 57. Quandonam, & cur, ejus cura raro integra, plerumque vero pallians, duntaxat ſit? *a pag.* 26. *ad* 28. Cur in veteri Aneuryſmate alii brevi opem a Medicina ferant; alii vix ne in recenti quidem? *pag.* 28. 29. Sunt quæ ſubito magnam in molem creſcunt. Quænam maxime opportuna Medicamenta? *ibid.*

Aneuryſmatis Cordis majorumve Arteriarum ſigna vera omnia adeſſe aliquoties videntur, & Aneuryſma tamen non eſt; ſolviturque aliquando totum malum emendatis ventris viſceribus; unde non deſperandum, ſed agendum. *ibid. a pag.* 30. *ad* 36. Materiæ cacochymicæ motus nobis verum poteſt Aneuryſma cordis ſimulare. *ibid.* Imo ſolus inordinatus Nervorum motus. *pag.* 37.

Aneuriſma ingens in duobus hominibus, in quibus ne a validiore quidem motu aut intermittit Pulſus, aut remittit, aut inæqualis fit. *pag.* 38. *Lanciſii* Obſervatio. Non ſemper vera eſſe probatur. *pag.* 38. & 39.

Diviſio Boerhaaviana veri ac *ſpurii* Aneuryſmatis omnino admittenda, oſtenditurque aliorum divi-

diviſionibus eſſe præferenda. *pag.* 39. *Spuria* ab infortunata Venæ ſectione ſæpiſſime oritur. *ibid.*

Prima Curatio Spurii Aneuryſmatis. Fit aut interceptione, aut compreſſione. Cur hæc illi prælata fuerit? *pag.* 40. Diſſertatio de hac compreſſione, ejusque artificio ex variis ſcriptoribus. *a pag.* 41. *ad* 46. Quomodo hæc compreſſio facta in Noſocomio fuerit. Laus Fungi Agarici pedis equini facie *a pag.* 46. *ad* 50.

Secunda Curatio Spurii Aneuryſmatis peracta absque apertura integumentorum brachii, per ſolam compreſſionem externam. Ratio cur ita facta. *pag.* 50. 51.

Rotundum, atque immobile corpus in medio Aneuryſmatis loco manſit. De origine hujus rotundi corporis. Cur hocce Aneuryſma debuit ſpurium vocari? *pag.* 51. De *Fouberti* Aneuryſmate *primitivo*, & *conſecutivo. a pag.* 51. *ad* 54. Utraque hæc cura poſt annum exinde elapſum conſtans deprehenſa eſt, ac comitem habuit integram valetudinem. *Tom. V. pag.* 186. 187.

Aneuryſmatis veri duo exempla, quorum primum chirurgo impoſuit, tumorem purulentum jure referens; verum nihilominus Aneuryſma ſe eſſe a morte oſtendit. *Tom. V. a pag.* 187. *ad* 193. Epicriſis hujus hiſtoriæ, & ad quæſtionem, num Chirurgi culpa homo perierit, multiplex ſit reſponſio. *ibid.* Alterum & Autori impoſuit, & Chirurgo, verum Aneuryſma ſe eſſe monſtrans, poſtquam veri tumoris purulenti notas primum geſſerat. *ibid. a pag.* 197. *ad* 200. Idem hoc ultimum Aneuryſma poſtea diſparuit, pulſatione nunc tanta in ejus vicinia percepta, ut viderentur ipſæ coſtæ attolli. *Tom. VII. pag.* 72. 73. Vid. *Anat. LXIV.*

Aneuryſmata interna plura curata, ea, quæ *Tom. IV. pag.* 29. enarrantur, methodo. Exemplum aliud inſperatæ ſubitæque interni Aneuryſmatis curæ: quæritur num protopathicum fuerit idem, an potius deuteropathicum? Reſponſio. *Tom. V. a pag.* 210. *ad* 212.

Aneuryſma horrendum ad præcordia & in collo. Palliando jam ultra biennium vitam tolerabilem mulieri facimus per ea, quæ enarrantur, auxilia. *Tom. V. pag.* 213. 214. NB. hæc anno 1760. ſcribebantur. Hoc vero anno 1772. teſtamur hanc feminam per omnes hos annos continuo ad nos venientem, vitam quidem adhuc tolerabilem per admota auxilia ferre, ſed non ſine quodam ſymtomatum incremento. Morbus jam in 15. annum perdurat.

Tertia Aneurysmatis ſpurii in Arteria humeraria operatio optima, morte tamen ob ſanguinem intra Cranium effuſum inſequente, cujus ſuſpicandæ nulla ratio fuerat. Numquid homo in caput cecidiſſet, aut modo alio Cranium læſiſſet, unde primum contuſa ac debilitata vaſa ſanguinem adhuc continuiſſent, eundem vero, motu circulationis perrupta, intra Cranium effudiſſent? Cur in brachio aneurysmatico, eoque ligato, pulſus, calorque, æque fortes ac magni, quam in brachio ſano? *Tom. VI. a pag.* 98. *ad* 111.

Quarta aneurysmatis ſpurii operatio facta ſola compreſſione cum *Fungo Agarico. Tom. VII. a pag.* 3. *ad* 16.

Quinta aneurysmatis ſpurii operatio, eaque difficilis & longi temporis, per Arteriæ cum Interceptionem, tum ope *Fungi agarici* factam compreſſionem. Quædam hic de Nervo cum Arteria ligato in Interceptione, & an evitare hæc ſemper aut debeat, aut poſſit? Hic evitari non poterat. Vulneri univerſo inſperſus fuit Agarici pulvis.

Cum toties homo periturus gangræna videretur, Corticis peruviani ſubtiliſſimus vulneri univerſo, ingenti, inſperſus fuit, & copia ejusdem tanta, ut citra exemplum ſit, ore aſſumpta: effectus inde omni expectatione majores: *Tom. VII. a pag.* 17. *ad* 45.

Cur integra arteria femorali ligata, inferiores ſub ligatura partes gangræna non pereant? Quemadmodum in prioribus ligata humeraria arteria cauſam hujus explicueramus, ita & hic ligata femorali expoſuimus. *ibid. pag.* 22. 23. 29. 30. Cur femoris Amputationi propoſitæ Arteriæ præferenda ligatura fuit? *pag.* 22. 23.

Aneuryſmatis Polyporumque cauſæ in Cadavere repertæ citra vel minima horum in vita ſigna. *Tom. VII. a pag* 90. *da* 93. Eodemque in cadavere cauſæ inventæ ſunt, cum *Orthopnoeæ perpetuæ*, *tum Apoplexiæ*, absque vel minimo horum in vita ſigno. *ibid.*

Aneuryſma Cordis & Arteriæ aortæ in Cadavere inventæ, & nulla tamen adfuerant horum vivente homine ſigna. *Tom. VII. a pag.* 100. *ad* 103.

Aneuryſma per ſigna ſua adeſſe creditum, & pro eo inventum notabile vitium inteſtini Coli; quo vitio ſive in Coli, ſive in ſubjectarum partium Arteriis, moleſta pulſatio exoriretur oportuit. *Tom. IX. a pag.* 43. *ad* 46. *& a p.* 61. *ad* 63.

Anonymus autor, teſtis autoptes notat Algerinam peſtem latuiſſe titulo communium Febrium, donec generale veheret per urbem incendium. Ergo ne ibi quidem nota ſigna erant, quibus cognoſceretur Peſtis ab initio; licet peſtis ea urbe anniverſaria ſit. Advertit præterea in Noſocomio etiam ordinato longe plures numero mori, quam in civitate. *Tom. XIV. pag.* 290. 291. *&c.*

Aortæ apud *Hipp. Coac.* 400. ſunt duo illi rami craſſi, in quos aſpera arteria mox dividitur. *Tom. III. pag.* 99. 100.

Aphtharum doctrina communis nihil minus demonſtrat, quam quod Miliaria critica ſint. *Tom. VIII. a p.* 111. *ad* 116. vide *Miliaria.* Aphtas, Miliaria, Petechias, vidit *Huxham* in eadem Epidemia: & Miliaria ac Petechias in eodem homine. *Tom. X. pag.* 238.

Apoplecticam vix, Peripneumonicam autem paſſim, eſſe Suſpenſorum Demerſorumque mortem, numeroſa docet Anatome. *Tom. XV. cap. II. ſect.* 2.

Aqua. Aqua Avenæ, vel Hordei; cum Melle, ægrotantium cum alimentum eſt, tum medicamentum, eo autem præſtantius, quo crebrius ſumatur. Plurimi ægrorum rarius eam bibunt, moniti plus, imo ad duas tresve die menſuras. Nec onerantur inde, quod eam parca quidem, aſt repetita admodum copia hauriant: ſumenda neque calida eſt, ne intempeſtivos ſudores pellat, neque frigida nimis, ſaltem non ſemper, ne coagulet conſtringatque. *Tom. I. a pag.* 18. *ad* 21.

Cocta cum Hordeo vel Avena aqua, *Hippocratico* more Melle, vel Oxymelle commiſta, effectus in morbis egregios præſtat. Primo enim ejus ope faſtidia, nauſeæ, vomitusque, quæ vexant ægros, brevi evaneſcunt. 2do. Sitis temperatur. 3tio. Abluitur acrimonia febrium, cum putridarum, tum potiſſimum malignarum, haud ex primis viis duntaxat, ſed & ex ſecundis. 4to. Expediuntur ſic viæ omnes, ut Excretiones per cutim, per Alvum, per Veſicam, naturalibus fiant proximiores. 5to. Humorum corruptio, quæ

Pe-

Petechias ac Miliaria in morbis gignit, prævertitur. 6to. Maturior redit Appetitus. 7mo. Acri ſic diluto, correcto, expulſoque, ſymptomaticæ per ſudores, alvum, ventriculum, excretiones præpediuntur, viæque corporis præparantur ad transmittendam materiem morboſam, coctam, criticam. *Tom. I. a pag.* 18. *ad* 28.

Aquæ calidæ ſeu ſimplicis, ſeu ne præ ſimplicitate vilipendatur, cum herba quapiam emolliente coctæ, uſus egregius ſæpe eſt in cutaneis morbis, iisque cum inveteratis, tum ulceroſis, cruſtoſisque. In malignis ulceribus crurum, in ulceribus ſpinæ ventoſæ, in calcareo Arthritidis tumore. Poſt magnos Autores, poſtque magni *Morgagni* exempla, plures ejusmodi curæ in Noſocomio factæ fuerunt. *Tom. IX. a pag.* 300. *ad* 310.

Aqua frigida, etiam *nivalis*, curavit Ileum. *Tom. IX. pag.* 205.

Non curavit hominem eundem, in Ileum relapſum, ſola, ſed una cum Clyſmate Fumi Tabaci. *ibid.*

Aqua frigida Nabothus, ſpectatore ac teſte *Hoffmanno*, curavit iliacam Matronam. *ibid. pag.* 211. Aquæ gelidæ applicatione Hernioſum Ileum curavit *Weſterhoſius pag.* 211. 212. In alia Hernia conſtricta non juvit. *ibid. pag.* 208. *Aquæ gelidæ* copioſæque potu homo ab Hæmoptöe liberatur, & octo venæ ſectionibus, ne febris phthiſin generatura adeſſet factis, integræ conſtantique ſanitati reſtituitur. *Aqua eadem* curatur citra venæ ſectionem Mulier & a vomitu ſanguineo, & ab antiquo cum pondere, tum dolore, in Jecinoris regione. *Tom. X. a pag.* 300. *ad* 310. Non modo eo in caſu *Aqua frigida* ſit, ſed & *emulſa*, & omnia remedia, quæ homo aſſumit. *ibid. Aqua frigida* nec

ſufficienter, nec mature ſatis ab ægro iliaco pota, eum a morte non præſervavit. *Tom. XI. a pag.* 130. *ad* 138.

Aquam in Submerſorum Ventriculum intrare negavit Autor magnorum Virorum autoritate, & propriis 38. experimentis; erravit nihilominus, recentioribus experimentis contrarium edoctus. *Tom. XV. cap. II. ſect. I.* §. 2. Homo vivus in *aquam* cadens ex terrore poteſt Glottidis ſpaſmo affici, & ſic pulmone nullam haurire aquam. *Ibid. ſect.* 3. *Aqua* certiſſimo experimento Pulmonem intraſſe Submerſi noſcitur, nec invenitur tamen. *ibid.* Aqua nulla inventa eſt in ſtrangulato, imo ne in alio quidem ſtrangulato, qui poſt ſtrangulationem miſſus in aquam fuerat: inventa tamen eſt in trium Strangulatorum pulmone, qui ante Anatomen ſubmerſi fuerant. Quid inde concludere aut liceat, aut non liceat. *Ibid. Cap. II. ſect.* 2. Inventa eſt *aqua* in Suſpenſorum pulmone a *Bartholino*, allisque. *Ibid. ſub finem.* Septem hominum communibus morbis defunctorum Pulmones aqua ſpumoſa repleti inventi ſunt. *Ibid. cap. II. ſect.* 3. In quatuordecim hominibus, quos morbi communes ſuſtulerant, aqua ſpumoſa repletos Pulmones *Morgagni* deprehendit. *ibid. ſect.* 4. Aqua in Demerſorum pulmone *præſens* non arguit eos non fuiſſe ante ſubmerſionem enectos; *abſens* non demonſtrat eos violente extinctos antea fuiſſe; etiam *præſens* non docet eum vivum eſſe ſubmerſum. *ibid. ſect. III.* §. 8.

Aqua calcis ſæpe renovata immiſſum calculum urinarium ſolvit. *Tom. I. pag.* 149. Aqua calcis & ſola, & cum veneto ſapone, ſolamen ingens Calculoſorum eſt, potiſſimum ſi cum lacte miſceatur, & diu potetur. *Tom. III. pag.* 141. 157. 158. Virtus aquæ calcis in Lithiaſi non eſt in eo ſita, quod aëre fixo orba, aëra fixum calculi arripiat,

ſic-

ſicque eum in pulverem redigat, ſed plane alia. Vide *Macbride*, *Calculum*, *Scorbutum*.

Ab Aqua pendente (Hieronymus) laudatur in cura Atreſiæ. *Tom. VI. pag.* 46. In Atreſia a vaginæ coalitu. *ibid. pag.* 50. In Uſtione Cranii ad rebelles morbos Capitis. *Tom. VI. pag.* 247.

Aquoſa Cura in Dæmoniacis ac Morbis fictis. *Tom. V. cap.* 4. & *Tom. XV. cap.* 4.

Aquæ benedictæ experimentum in Dæmoniacis fictis. *ibid.*

Arabes autores adeo barbare inſulſeque in Latium verſos eſſe, ut Perverſiones potius, quam Verſiones dicendæ ſint, Reverendus *Caſirus* teſtatur. *Tom. XIV. a pag.* 247. *ad* 250. (Peritiſſimus Arabicæ Linguæ *Trillerus* dudum ante id conqueſtus fuerat in *Epiſt. prima* ad I. G. Hahn, addideratque ſimiles querelas *A. Deuſingii*, *S. Bocharti*, & *Cl. Falmaſii*).

Arabico-Hiſpanicæ Eſcurialis Bibliothecæ Catalogi *Tomus primus* laudatur ob memorabilem caſum Lanionis, qui jam pridie ab Apoplexia mortuus habitus, tamen a *T*[illegible]*eth Ben corab* revocatus in vitam fuit. *Tom. XIII. pag.* 274. 275.

Aretæus Cappadox laudatur in quæſtione de Emeticis in Acutis. *Tom. III. pag.* 7. In venæ ſectione, dum adeſt debilitas febrilis ſimulata, & in nata hac ipſa de cauſa ſyncope. *ibid. pag.* 28. Cauſam quærit fertilitatis Calculorum in urinoſo ſyſtemate. *Tom. VI. pag.* 238. Forte primus eſt uſus veſicantibus. *Tom. VIII. pag.* 167. 168. Quinam poſt *Aretæum* ſcripſere de veſicantibus. *ibid. Tom. IX. pag.* 114. Multus eſt egregiusque in Doctrina Pulſuum, in ſingulis ſuis operibus. *Tom. XII. a pag.* 17. *ad* 20. Curam viperarum laudat. *ibid.* 229. Mira ejus ac vera obſervatio

de Tendinibus, & Ligamentis, alio tempore ſenſibilibus, alio inſenſibilibus. *Tom. IX. pag.* 114. *& Tom. XII. pag.* 269.

Idem ille ejus Textus longus, ac difficilis, obſervationibus illuſtratur, & ſic commode explicatur. *Tom. XIV. a pag.* 109. *ad* 115.

Tribus in locis pleuritidis meminit falſo ſic habitæ, cujus vera cauſa in viſceribus abdominalibus hæret. *Tom. XIV. pag.* 145. 146. In tota praxi vermes obſervaſſe non videtur. *ibid.* 182.

Arſenicum quanta mala in corpore relinquat, etſi præſens mortis diſcrimen Ars ſuperaverit. Cura *Ottonis Tachenii* hic ſufficiens non fuit, nec Electrina virtus, ſed juvit frequens Balneum, cum largo diuturnoque Antiſcorbuticorum uſu. *Tom. IX. a pag.* 249. *ad* 257. *Tachenii* curatio ad Antiſcorbuticam referenda. *ibid.* Arſenicum in Febre intermittente infidum, damnabile, impermiſſum auxilium. *Tom. XI. p.* 64. 65.

Aſphuxia perfecta 24. horarum, cum frigore externo marmoreo, cum motus univerſi corporis aptitudine, & mente præſente. *Tom. II. p.* 11. 12. Aſphuxiæ cauſæ, phænomena varia, ejusque exempla plurima vide in *Pulſu.*

Aſthma breve, quinque vel ſex minutis durans, ſæpe repetens, retentione animæ illico ceſſans, tandem per eandem forte curam letale. *Vide Anat. LXVI.*

Atreſia quam barbare *Imperforationem* appellant, in Virgine obſervata, compoſita cum præternaturali totius uterini ſyſtematis conditione, immedicabilis, in cadavere demonſtrata. *Tom. VI. a pag.* 43. *ad* 52. Autores qui de hoc morbo variisque ejusdem ſpeciebus ſcripſerunt, variamque

Hyme-

Hymenis incidendæ methodum reddiderunt. *ibid. a pag.* 45. *ad* 52. Atreſia ſimplex in Noſocomio practico curata, non ſine periculoſo morbo comite, cum integra ſanitate ſubſequa. *Tom. VI. a pag.* 52. *ad* 60. Confirmata hæc ipſa curatio, cum debito menſium fluxu. *Tom. VII. pag.* 204. 205.

Aurantiorum folia, eorumque Decoctiones, cognovit demum Autor eſſe famoſum illud Arcanum, quo multæ convulſiones, ſpasmique tollerentur. Curationum exempla. *Tom. VI. a p.* 305. *ad* 314. Curatio, quæ in viro perfecta videbatur, conſtans non fuit, ſed ipſe morbus, aliis ſociatus malis, mortem intulit. *Tom. VII. a p.* 82. *ad* 96. vid. *Anat. LXV.*

Aurum fulminans, in ileo morbo datum granorum 36. pondere, nihil profuit. *Tom. XI. a pag.* 132. *ad* 138. Non id laudat *Hoffmannus*, etſi ab aliis hoc in morbo datum meminerit. Si bene paratum eſt, nihil agit, ſi male confectum, auget morbum. *ibid.* (Ita eo tempore cenſebat Auctor, qui hanc ſententiam, experientia majore convictus, emendavit.) Non profuit iliacæ Matronæ, etſi largius datum. *ibid. pag.* 183.

Auſtria nondum lætatur progreſſus experimentorum in Demerſorum, Suſpenſorumque corpora. *Vulgi Auſtriaci* præjudicia, & objectiones. Reſponſa ad easdem. *Tom. XV. Cap. I.* vide & *Rat. Med. Continuatæ Tom. I. Part. II.*

B.

Bachſtrom bonus de Scorbuto ſcriptor in obſidione *Dantiſcana*. *Tom. VIII. p.* 228. 229.

Baglivius egregie iis reſpondet, qui doctrinæ *Hippocraticæ* de criſibus adverſabantur. *Tom. I. pag.* 73. Chamomillæ flores Antidotum eſſe cenſuit in quacumque colica. *Tom. III. p.* 97. Bezoardica, & Diætam, Regimenque calidum, in Acutis damnavit. *Tom. VII. p.* 228. Quæ in Epidemia notavit, ut ſingulare quid circa venæ ſectionem, quæ deficiente cruſta iteranda non foret, ab aliis, hoc in regulam in ſingulis Acutis vertentibus, male intelligitur. *Tom. IX. p.* 73. *Baglivius* aſſeverat, ſi & ſolus, & ab initio Morborum, ægros tractaret, longe rarius ſe Naturæ aberrationes detegere, quam dum alii, Naturam turbantes, ante ſe affuerant. *Tom. X. p.* 269. Egregia ejus Sententia de ſtudio *Hippocratico*. *Tom. XII. pag.* 209. & 210.

Ballonius Morbum deſcribit Aneuryſma quidem referentem, talem autem minime. *Tom. IX. pag.* 63. Explicuit textus *Hippocratis* de ſputo aut vomitu ſanguinis ex Hepate agentes. *Tom. X. p.* 309. Acria ventri externo in acerba colica admota laudat. *Tom. XI. pag.* 201. Pulſum deſcribit hominis, uno in brachio fortem plenumque, in altero prorſus contrarium. *Tom. XII. pag.* 26. 27. Pulſum intermittentem in ſene curavit v. ſ. iterata. *ibid. p.* 35. 36. Pulſus ex natura intermittentis duo exempla refert, & unum quidem in quo tempore morbi Intermiſſio ſilebat, reconvaleſcenti redibat. *ibid. pag.* 40. Peſtem & luem veneream, corpora in putredinem vertendo,

do, conſimiles cenſuit morbos, niſi quod hæc tardius, ille citius, hoc efficiat. *Tom. XIV. p.* 276.

Balnea crurum, ac brachiorum, bis die toto variolarum tempore laudantur, & ad plura conducunt. *Tom. II. Cap. de Variol.* Balnea integra *Baadenſia*, ut ut præſtantia in pluribus, multos Iſchiadicos incuratos remittunt, aliquos pejores reddunt. *Thalfelgenſia* in agro *Ulmenſi* ab iſchiadico dolore *Scultetum* liberarunt. *Tom. IV. p.* 156. *Baadenſia* non profuere ægris primo, ſecundo, ſexto, & ſeptimo, colica pictonum laborantibus; profuere autem Rev. Dominicano ea laboranti. *Tom. X. p.* 75. 76.

Barbette (Paulus) qui Peſti interfuit, Peſte ait diſſolvi ſanguinem, & hinc cor viribus vitaque privari: Peſtem, & cum febre, & ſine febre eſſe; tandem peſtilentem febrem ſine Peſte eſſe. *Tom. XIV. pag.* 276.

Barneveld, Navis ſic appellata, ſuppeditavit Itinerarium optimum ad Scorbuti naturam curamque recte intelligendam. *Tom. VIII. p.* 220. &c.

Barometrum utile ad phænomena aëris dirigenda & explicanda, in ægrotantium uſum. Sententiæ de cauſa deſcenſus, adſcenſusque Barometri *Muſſchenbroeckii*, *Pluſchii*, *Sgraveſandii*. *Tom. XIII. a pag.* 34. *ad* 38.

Bauhiniana, aut *Tulpiana* Valvula. Vide in *Ileo* & in *Vomitu ſtercoreo*.

Becker negavit aquam Submerſorum aut Ventriculo aut Pulmone hauriri. *Tom. XIII. p.* 210.

Beithar, Autor Arabs, Hiſtoriam ſimplicium *Galeni* egregie illuſtravit, ac bis mille Plantarum

 dita-

ditavit acceſſu. Eſt in Bibliotheca *Arabico-Hiſpanica Eſcuriali*, Librique hujus Compendium in Bibliotheca Cæſarea *Vindobonenſi. Tom. XIV. pag.* 248. &c.

Belladona *Tournefortii*, Atropa *Linnæi*, Solanum furioſum, vel maniacum: Duabus feminis mamma Cancroſis in Noſocomio data fuit, duabus aliis extra Noſocomium. Profuit minime, licet aliquando levare malum videretur: diuturniore uſu conſtitit nocere. Una periit puris perennis ea quantitate, ut enarratio fidem ſuperet: tres continuantes remedium in ſummam debilitatem labebantur, non ut prior puris debilitabatur profluvio; nam his paucum modo fuderunt ulcera ichorem; ſed ex aut ichoris reſorptione, aut Belladonæ vi: Singulis peribat Appetitus, liquidior reddebatur alvus, dolor augeſcebat, vertigo moleſtabat continuo, languorque ſingulam tantus occupabat, ut quæ diem olim ſtando, ſedendoque terminabant, eandem nunc in lecto deberent tranſigere. Unde deſtitutum ab hac herba fuit. *Tom. II. p.* 45. NB. Textum libri ex meis propriis Noſocomii Diariis paulum emendavi.

Bellini (Laurentius) negat coagulabilem eſſe cerebri Lympham. *Tom. IV. pag.* 200. Peſtem ait & cum febre eſſe, & citra eandem: ceterum dat ejusmodi definitionem morbi, ut ejus initio pendulus perpetuo hæreat Medicus, peſtisne ſit, an morbus alius. *Tom. XIV. a pag.* 278. *ad* 280.

Benedictus (Alexander) homines revixiſſe refert poſt 48. horas ſubmerſionis. *Tom. XIII. p.* 261.

Bennetus (Chriſtophorus) laudatur in ea Phthiſeos ſpecie explicanda, quæ integros a mor-

te

te exhibet Pulmones. *Tom. I. pag.* 117. *Tom. II. pag.* 21.

Benſa Peſtem in progreſſu vaſtationis facile, in initio vero perſæpe difficulter cognoſci fatetur. *Tom. XIV. pag.* 295. &c.

Bevilaqua laudatur in famoſa quæſtione de Emeticis aut dandis, aut non dandis, in Acutorum principio. *Tom. III. pag.* 9.

Bezoardica quadruplicis generis deſcribuntur. *Tom. VII. a pag.* 223. *ad* 228.

Bianchi *Taurinenſis* Profeſſoris ſententia de valvula Coli deprehenditur erronea eſſe, cum eandem non referat, niſi prius deletam. *Tom. II. pag.* 84. Incidit in eundem, in quem *Mangetus* errorem. *ibid.* Bilis defectum ſtatuit Hydropis vel cauſam eſſe vel effectum; quod non ita perpetuo ſe habere demonſtratur. *Tom. IV. a pag.* 119. *ad* 124. & *Tom. XI. pag.* 289.

Bibliotheca Arabico-Hiſpana. vide *Arabico.*

Bilis defectus num Hydropis ſive cauſa, ſive effectus ſit? Exemplorum noſtrorum tria *Bianchi* opinionem id affirmantem confirmant; longe autem plura negant. *Tom. XI. pag.* 255. vide *Hydropem.* Liquor nonnunquam in Bilis veſicula eſt, quæ neque odore, neque ſapore, neque colore, Bilem refert. *Tom. IV. a pag.* 119. *ad* 125. Bilis Calculus. *Tom. V. p.* 51. *Tom. VI. p.* 255. Bilis veſicula bile omnino vacua. *Tom. XIV. pag.* 29. & in alio *pag.* 38.

Blancardus laudatur ob varias obſervationes in Anatome Hydropicorum. *Tom. IV. à pag.* 96.

ad

ad 98. Deſcriptionem dedit ventriculi enormis molis. *Tom. VI. pag.* 15.

Boerhaave (Hermannus) laudatur ob raram Emetici in Acutis exhibitionem. *Tom. I. p.* 24. *&c.* In mutatione lecti in iisdem. *ibid. pag.* 70. *&c.* Vulnerum proſpectum pathologicum egregium dedit. *Tom. II. p.* 32. *&c.* Examen ejus doctrinæ, aliorumque magnorum Phyſicorum, de origine Caloris, potiſſimum in humano corpore. *ibid. toto Cap. de Calore.* Vide *Calor* Tympanitidis definitio ibidem ab eo data eſt. *pag.* 76. Non credidit Pulmonum latas cum Pleura cohæſiones ſemper inculpate fieri. *pag.* 130. Venam ſecandam eſſe docuit in debilitate febrium ſimulata. *Tom. III. pag.* 33. Laudantur ejus de Aneuryſmate definitiones & diviſiones. *Tom. IV. a pag.* 37. *ad* 39. vide *Aneuryſma.* In Coxario morbo veſicantia vehementer commendat. *ibid. pag.* 152. Methodus *Boerhaavii* revellens in Vulneribus, cæterisque morbis capitis, in vulnere aut contuſione reliquarum corporis partium, præſtantiſſima & maxime neceſſaria ſemper invenitur. *ibid. pag.* 179. Recapitulatio ex Tom. *I. II.* & *III.* Sententiæ ejus de origine caloris humani. *Tom. IV. Cap. de Calore.* Credidit *Boerhaavius* lympham Ventriculorum cerebri coagulabilem non eſſe, aliis id affirmantibus. Experimenta multa, quæ *Boerhaavii* ſententiam confirment. *Tom. IV. p.* 199. *&c.*

Boerhaavii textus, ex *Hippocrate* aliisque confectus, de non mittendo ſanguine poſt diem quartum acutorum, atque inflammatoriorum Morborum, explicandus ex aliis ejusdem textibus eſt, ut & textus *Hippocratis* mox illuſtratur aliis *Hippocratis* textibus; ex quibus patet nullum in hiſce morbis diem eſſe, qui venæ ſectionem ſæpe non indicet. *Tom. IV. p.* 203. Multa ſimilia ſunt in

ejus Definitione Hydropis Pectoris, & Empyematis, & merito. *Tom. V. p.* 80. Cura ejus præſtantiſſima in cardialgia, vomituque pertinaci. *Tom. VI. a pag.* 7. *ad* 9. Latam Pulmonum cum Pleura cohæſionem inter proegumenas Morborum cauſas recenſuit. *Tom. VII. p.* 104. Laudatur in Hydatidum explicatione. *ibid. pag.* 142. Bezoardica in Acutis damnavit. *pag.* 228. Sudores damnavit in Acutorum principio. *Tom. VIII. p.* 17. Prudenter monet Criſes juxta notas leges *ut plurimum*, non *perpetuo*, fieri. *pag.* 23. Integram Criſin per ſolas urinas quandoque fieri obſervavit. *pag.* 72. Quam anxie vitandus Bilis atræ ſit in Acutis motus. *pag.* 44. Ejus ſententia de Aphtis, quas uno operum ſuorum criticas, alio in loco & ſymptomaticas, & præveniendas eſſe docet, in vitæ fine tamen meras eſſe ſymptomaticas agnovit; eo quod Methodo calida maximam partem ex Regione pulſa, raro ultra adparerent. *ibid. a pag.* 112. *ad* 116. Septem cauſas Febris recenſet ardentis, easque inter cum internum calorem, tum externe adplicatum. *pag.* 125.

Optime expoſuit *Boerhaavius* quomodo, & quandonam, mollis fiat in Peripneumonia Pulſus; haud vero mollem in Definitione ſtatuit. *Tom. IX. pag.* 84. In Paraphrenitidis Definitione vera quidem ac Pathognomica ſigna habet, non autem ſic, ut fallant nunquam. *ibid. pag.* 66. Quid præcipue intenderit dicendo Aph. 874. *Fere omnium morborum finem Peripneumoniam eſſe? ibid. a pag.* 127. *ad* 129.

Sedem Pleuritidis locavit in Pleura, vel in Muſculis intercoſtalibus. *ibid.* 131. Mitem Lienis dolorem ante Hepatitidis criſin quandoque obſervat. *Tom. X. p.* 17. 18. *Hippocratem*, ejusque *Interpretes* legitimos, ut & *Sydenhamum* docti-

ctrina experientiaque ſecutus, *Batavos* ac *Brittannos* Medicos ſic inſtituit, ut Petechias ac Miliaria acutis in morbis raro videre debeant: *Batavi* revera hæc rara vident, *Hippocratem* duce tanto ſecuti; Brittanni vero, quod *Hippocratis*, *Sydenhamii*, *Boerhaaviique* Præcepta, ad Heterodoxorum placita accomodaverint, frequentiora hæc Exanthemata cernunt. *ibid. a pag.* 250. *ad finem usque.*

Laus decuplicis *Boerhaavianæ* Methodi febres intermittentes curandi, variarumque in eadem Cautelarum, ac Monitorum. *Tom. XI. a pag.* 40. *toto illo capite I.* Limites vero ejus in dando Cortice peruviano in Acutis, inque Inflammatoria diſpoſitione, poſteriorum tentamina remotiores poſuerunt. *ibid. a pag.* 81. *ad* 86. Egregie diſſeruit *Boerhaavius* de Aëris in uſus humanos proprietatibus, eaque multiplici experimento confirmavit: ita ut vulgi mos aëra calidum immutatumque ægris conciliandi omnino damnetur. *Tom. XIII. a pag.* 31. *ad* 46. Maſcule de ſudoribus diſſeruit, noxiosque eorum plurimos ab utilibus diſcriminavit. *ibid. pag.* 63. *&c.* Omnem operam navavit, ut demum Chemici Fermentationem, ac Putrefactionem, haud ultra veluti unicam Naturæ actionem, verum ut duas actiones, ſibique oppoſitiſſimas, confuſionis evitandæ gratia, conſiderarent. *ibid pag.* 97. *&c.* Quamvis *Haleſiana* biennio, antequam ſuam Chemiam ederet, legiſſet, ea tamen, quæ *Haleſius* de Aëre fixo, ut ſolo elementorum Vinculo, tradidit, quo minus amplexus ſit, omnia illa prohibuerunt, quæ in oſſa animalium experimenta fecerat. *ibid. a p.* 99. *ad* 106. Glutine aquoſa potiſſimum cohærere elementa in fibra animali, vi horum experimentorum docere, & ſcribere neceſſario debuit. *ibid.* Contra *Haleſii* ſyſtema demonſtravit Vegetantium

&

& Animantium putredinem exhalante ab illis aëre præcaveri. *pag.* 108. 109. *Macbridius* demonſtrationum Boerhaavianarum veritatem aliquantum capere, faterique cepit. *pag.* 111. Aſſeruit *Boerhaave* ultra principium quoddam Fermentationis in hominis digeſtione vix unquam fieri. *pag.* 115. 116. Gas ſylveſtris nocumenta ſumma deſcripſit, quæ *Macbridius* contra omnium cum autoritem, tum experientiam, negavit, *a pag.* 120. *ad* 125. Alcalino vim fermentationis augeri, ſi hæc præ nimio acore debilior fieret, oſtendit. *pag.* 138. Partes ſenſiles ſubito integreque abſciſſas non dolere, lente diſtractas, dimidiatimque reſciſſas, dolere vehementer, invenit. *Tom. XIV. pag* 103. Legitima explicatio ſententiæ *Boerhaavii* de terminato ad diem 4. ſtadio inflammatorio. *ibid.* 209. 210.

Bohnius cum *Zellero* laudatur, ut qui viderit Pulmones infantium, jam reſpirantium, in aqua ſubſidere. *Tom. II. pag.* 142.

Boileus laudatur in qualitatibus aëris ad uſum ægrorum exponendis. *Tom. XIII. pag.* 27. 46. 47. 53.

Pluribus experimentis probavit non modo aëra non eſſe putredinis præſervatorem, ut voluit *Macbridius*, ſed ejus potius genitorem. *pag.* 108. 109. 111. 112. 120. Enumeravit alimenta, quæ aëra præ cæteris generent. *pag.* 139.

Bonfiglius peſtem ſingulari modo definiens, nihil in definitione habet, quo Peſtis recens ſuo in Principio aut cognoſcatur certo, aut ſiſtatur. *Tom. XIV. pag.* 289.

Bonna (Joannes) *veronenſis* Medicus, laudavit uſum Mercurii ſublimati corroſivi, ſoluti in

in ſpiritu Frumenti, ſingulari Tractatu. *Tom. III. pag.* 199.

Bonetus (Theophilus) paſſim ad varios caſus Medicos & Chirurgicos laudatur. *Tom. I. pag.* 116. *Tom. II. pag.* 77. *&* 96. *Tom. VII. pag.* 104. *&* 142. *Tom. XI. pag.* 297. *Tom. XII. pag.* 64. 65. 71. *Tom. XIV. pag.* 146. 194. 195.

Bonet (Carolus) Autor *genevenſis*, per multa opera clarus, laudatur ut æquus Arbiter in ſimultatibus amicorum dirimendis. *Tom. XII. pag.* 269.

Bontius laudatur ſæpius in Tetani cauſis, ſymptomatibus, & cura. *Tom. X. Cap. IV.*

Van den Boſch, clarus apud *Haga-Batavos* Medicus, erudite ſcripſit de *Epidemia verminoſa*, eſtque fautor egregius Pathologiæ animatæ. *Tom. XIV. pag.* 198.

Botallus (Leonardus) Peſtem multiplici venæ ſectione feliciter curavit, idque non modo ante Anthracum, Bubonum, & Exanthematum eruptionem, verum etiam poſt eorundem apparitionem. *Tom. XIV. pag.* 340. 341. *& a* 362. *ad* 365.

Bruckner veſicantia ſummopere commendat ventri admota in Colica pictavenſi. *Tom. XI. pag.* 201. *&c.*

Bubones & Anthraces non ſemper ſignum ſunt, Peſtis præſentis, ſed tunc tantum quando a cauſa peſtis naſcuntur. *Tom. XIV. p.* 279.

A lugubri Byzantii epocha, Medicina cœpit, cum egregiis Græcis codicibus, tum erudi-

tiſſi-

tiſſimis Græciæ Viris ditari; maxime poſtquam inventa recens Typographia hos Codices publica luce donavit. *Tom. XIV. pag.* 251.

C.

CAAU Boerhaave (Abraham) injectione in Aortam deſcendentem demonſtravit Pleuram, Mediaſtinum, Pericardium, atque Pulmonem eſſe vaſculoſa. *Tom. XIV. a pag.* 85. *ad* 87. Itidem alia injectione vaſculoſum Peritonæum eſſe. *pag.* 92. 93. Inflammari ſic Pleuram poſſe, indeque intelligi ejusdem Abſceſſus. *a pag.* 94. *ad* 96. Pleuram poſt alios nervoſam eſſe ſtatuit, adeoque dolentem. *pag.* 98.

Calcis aquam, vide *Aquam calcis.*

Calculus. Renum calculi in cadavere inventi, quorum in vita ſuſpicio non fuerat. *Tom. I. pag.* 127. Calculus veſicæ unciarum duarum, cum veſicæ, & adhærentis inteſtini recti perforatione, & ſyſtematis urinarii totius degeneratione. *ibid. a pag.* 133. *ad* 135. Calculus humanus, in Aqua calcis ſæpe renovata, ſpatio menſium trium factus eſt potiore ſui parte friabilis. *pag.* 149.

Calculi verus Martyr ſumtis libris 17. ſaponis veneti, 1500. libris lactis, & 1500. libris aquæ calcis, liberatus ſic fuit ab ejus ſymptomatibus, ac ſi ultra non adeſſet calculus: qui tamen & poſt curam, & elapſo poſt eandem anno, præſens demonſtratus Cathetere fuit. *Tom. III. pag.* 141 *&c.* Uva urſi Calculoſorum auxilium. *ibid. pag.* 142. Calculi veſicæ ſigna. *ibid.* Calculi veſicæ, certo cogniti, tormenta intra quatriduum mitigavit, ſedavitque, uvæ urſi dragma media mane ac ſero

ſumta una cum Paregoricis. Recrudeſcens malum idem ejus pondus die ter ſumtum eundem puerum ab omni omnino ſymtomate liberavit. Cathetere tamen calculi teſtante præſentiam. Tandem cum idem ſibi relictus, ac pro more victitans relabi inciperet, repetita uva penitus reſtitutus eſt, facta ſimul olei lini in veſicam injectione. *ibid. ab* 143. *ad* 147. In alio Calculi certo deprehenſi ærumnas idem remedium ſuſtulit. In hocce, ut in proxime priore, defuit calculoſorum gluten in Urina, pallebat autem hæc utraque, furfuresque gerebat. *ibid. pag.* 147. *&c.* Eadem uvæ doſis tertium puerum percuravit, urina illi priorum poſt curam ſimili. *a pag.* 148. *ad* 150. In quarto homine Calculi ſymptomata eodem remedio tolluntur, Calculo manifeſte præſente, & urina poſtmodum micta ſimilis Sanorum. *pag.* 150. 151. Qua hoc virtute hæc Arbuſta præſtet, ignotum: ſed & ſimile ſolamen haud raro ipſa natura præbet. *ibid.* Novem exempla Calculorum tam in veſica, quam in uretere, renibusve inventorum; quorum cum nulla in vita ſigna affuiſſent, id ſaltem liquido conſtat Naturam permanentis Calculi indolentiam conciliaſſe ejusmodi per ſe, quam & uva urſi, & aliquando aqua calcis, conciliant. *pag.* 78. *& ſeq.*

Indolentiam *Calculi*, *Crato a Craſtheim*, & *Robertus Whytt*, ab induto circum *Calculum* muco natam arbitrantur. Sed aſperitate frictuque impeditis, an pondus ſaltem ejus non crearet moleſtiam? Attamen neque pondere moleſtaſſe compertum eſt. *Tom. III. pag.* 155. *&c.* Sapo venetus, aqua calcis, uva urſi, & ſingula ſeorſim, & juncta ſimul, hanc indolentiam præſtitere; quæ ſane eodem modo id præſtitiſſe non videntur, ſi ex notis eorundem viribus qualitatibusque judicemus.

Latet nos verus agendi eorum modus, ut plerorumque Medicamentorum. *ibid. a pag.* 155. *ad* 158.

Hæc enarrata Medicamenta eximii uſus ſunt 1*mo.* quando aut ætas valetudoque Lithotomiam diſſuadent, aut deficit in loco Lithotomus, resque anguſtior domi eſt, quam ut remotior Lithotomus vel adeatur, vel accerſatur. 2*do.* Quando præſens Calculus tolli de veſica non poteſt, ut biga exemplorum docuit: alterum calculi cathetere manifeſti, & corpore nihilominus toto in ſeparato veſicæ appendice firmiter hærentis; alterum Calculi cathetere tacti, præcipua autem ſui mole immobiliter in Ureteris principio infixi. 3*tio.* Quando Scirrhus aut veſicæ, aut recti Inteſtini tumores in veſicam prominentes, cuncta calculi ſymptomata generant, abſente licet Calculo. Confirmatur *Schrökii, N. C. Præſidis*, exemplo. Una porro uva urſi viſa eſt hiſce malis medicari. *ibid. a pag.* 158. *ad* 164.

Calculus reperitur nonnunquam in Inguine, in Scroto, in Vagina feminea, quando veſica herniosa eousque Calculum fert, ut in multis cum vivis, tum mortuis, conſtitit. Herniæ ejusmodi pleniore veſica fiunt, nec mirabilior eſt ea integri cum fœtu uteri facta per annulum Abdominis. *Tom. III. a pag.* 165. *ad* 172. Calculi in tali Hernia diſparentis, atque ex Veſica per Urethram expulſi, exemplum mirabile. *ibid. a pag.* 169. *ad* 171. In Urethra, Proſtata, Perinæo, Calculi reperti. *pag.* 172. *&c.* In incertis hujusmodi calculoſis morbis, iisque incurabilibus, uva urſi opem tulit. *ibid. a pag.* 173. *ad* 177. Multos non juvat. *ibidem.*

Varia ad *Calculum* remedia Medicorum, & Empiricorum. *Tom. V. a pag.* 145. *ad* 149.

Prima noſtra Calculi Sectio felix, licet eidem febris & inflammatio ſe jungerent. Multæ Indicationes in ægro erant Lithotomiam ſuadentes, & dehortantes. *Calculo* ſectus urinæ gluten Calculoſorum vehere continuabant; emendavit autem hoc uva urſi. *Tom. V. a pag.* 151. *ad* 161.

Calculi in ipſa matula nati de mucoſa annoſiſſimi *calculoſi* materia: viro huic uva urſi ſummo levamini fuit. *ibid. pag.* 162. *&c.*

Quid calculoſis conferat remedium *Stepſenianum*, & ex quibusnam rebus componatur? Formulæ ejus. Puer diu ea uſus, ingentem quidem copiam fragmentorum calculoſorum, foliatim ſeparatorum, per Urethram emiſit, at vero nihil lucratus, calculo ſecandus fuit.

Numquid ergo compoſitio *Stepſeniana* terreſtri ſua parte generaret calculum, novas laminas calculo circumponeret, quas, leviter cohærentes, vi alia ſua diuretica ſolveret, educeretque? *ibid. pag.* 163. *&c.*

Aliter *Kirckpatrik* & *Morandus* cenſent. Examinantur eorum opiniones, nec videntur multum infirmare noſtram. *a pag.* 166. *ad* 170. Nec multum eandem infirmat *Kirckpatrikii* teſtimonium. *pag.* 171. *&c.* Experimenta cum calculoſorum urina. *pag.* 172. Modus quo calculus urinoſus creditur humano in corpore naſci. *a p.* 172. *ad* 180. Omnis illa terreſtris in urina calculoſorum materies, num a ſolis detritis ſolidorum ramentis gignitur? An Alimenta huc faciant? An inertior in Alimenta digeſtio? Et an nihil hic Materies Arthritica? *Adami* hunc in finem laudatur diſſertatio. Exemplum in Noſocomio obſervatum aliquid hic lucis affert; nec non Calculorum vomitus clariſſimi *König*, ut & ipſum Medicamentum *Stepſenianum*, *ibid.* Aqua calcis cum ſapone, ut

& uva urſi, præſtant ceteris auxiliis in hoc morbo. *p.* 181. 182. Calculus ab aqua calcis, in qua ſæpe renovata diu ſervatur, non bene ſolvitur, niſi ejus, quod ſolvi utcumque ceptum, leviter abradatur. *pag.* 184. Cur homo cum calculo veſicæ vivat aliquando ſic, ut eo carere videatur? *pag.* 184. *&c.*

Secunda Calculi ſectio noſtra, nunc, quemadmodum ſequentes omnes, facta *Fratris Coſmi* arte, ope ſcilicet *Lithotomi occulti;* eaque operatione quidem felix, ſed propter veſicæ defectus, omniumque pene viſcerum ac glandularum Scirrhos, letalis. *Tom. VI. Cap. V. vid. Anat. LXI.*

Tertia Calculi ſectio, methodo *coſmica* facta in puero 10. annorum, cum integra ejusdem ſanitate. Parvus Calculus, ſed echinatus, pennis ſcilicet duarum triumve linearum longitudine hirtus. Nullus ventris poſt ſectionem tumor, dolorve. Vulnus tamen 46. dierum ſpatio indiguit, antequam penitus clauderetur. Urina & fœtida, & Calculoſorum glutine onuſta, pallidaque fuit, & ante & poſt clauſum vulnus diu micta, tandem deſiit. *ibid. Hiſt.* 2.

Quarta noſtra Calculi ſectio, eadem methodo fauſta, licet dubiam hanc reddidiſſent degeneres partes. Calculus unc. 2. & $5\frac{1}{2}$. dragm. Febres multæ quidem, ſed peruviano ſuperatæ cortice. Vulnus diu hians, quin & in Perinæo fiſtula. Medii anni labore omnia hæc perfecte ſuperata per artem ſunt. *Hiſt.* 3. *ibid.*

Quinta Sectio feliciſſima, promtiſſima, citra vel minimam adverſitatem. Die 26. ſanus abivit. Aſper calculus gr. 50. *Hiſt.* 4.

Sexta Sectio juvenis 20. annorum ab infantia perpetuo ſtrangurioſi. Calculus ovalis, planus, unc. 1. & 5½. dr. Hæmorrhagia ab operatione nata, quæ intra 24. horas arti auſcultavit. Diu poſt ſectionem urina Calculoſorum, ut in Hiſt. 2. prodiit. Suppuratio ſcroti. Vulnus clauſum 20. ab operatione die. Perfecta & confirmata ſanitas. *ibid. Hiſt.* 5.

Septima Sectio facta in ſutore 57. annorum, qui a calculo patiebatur inteſtini recti prolapſum jugeque hæmorrhoidum profluvium. Calculus circularis, planus, gibbus hinc, illinc in ſuperficie cavus, ruber, granuloſus, unc. 1. & drag. 2. pondere. Hæmorrhagia ab operatione non pauco cohibita labore fuit. Excoriatio, gangrænaque ſcroti, interfeminei, atque natium, ab effluente per vulnus urina, adeo calculoſa, ut ſuo putridiſſimo glutine ad plicas, angulosque vulneris adhærens, in veros lapillos ſpatio nucthemeri abiviſſet. Omnibus his ſuperatis calamitatibus, ſanus poſt ſeptem ſeptimanarum curam domum rediit, haud a calculo duntaxat, ſed & ab Hæmorrhoidibus, & ab Inteſtini prolapſu curatus. *ibid. Hiſt.* 6.

Octava Calculi Sectio pueri 5. ann. fauſta admodum, brevisque. Magnus quidem calculus, ſed leviſſimus, intra forcipem partim fatiſcens, ſeptem ſcrupulorum pondere. Die 24. ab operatione Parentibus ſuis reſtituebatur ſanus, unaque ab Inteſtini prolapſu liber. Educto calculo & hic aliquamdiu minxit calculoſorum urinam. *ibid. Hiſt.* 7.

Nona Calculi Sectio ejusdem pueri cui olim ſectus calculus fuiſſet. *Tom. V. a pag.* 151. *ad* 162.

Fati-

Fatiſcens ſub operatione Calculus grana 71. pependit. Cauſa oſtenditur citioris curationis. Primis a ſecto calculo diebus calculoſorum urina prodiit. *ibid. Hiſt.* 8.

Decima Calculi Sectio in eodem puero facta fuit tertio, cum quatuor elapſis ab altera ſectione menſibus calculo denuo, dirisque ejusdem torqueretur ſymptomatibus: felix ita hæc ſectio, ut die 12. poſt hanc domum puer rediret. Calculi duo extrahebantur, prior 64. granorum, poſterior 52. Jam quovis Lumborum, quem olim paſſus aſſiduum fuerat, liberatus, devictæ Diatheſeos ſpem fecit. *ibid. in eadem Hiſt.* 8.

Undecima Calculi Sectio pueri novem annor., qui micto ante biennium piſi magnitudine calculo, exinde perpetuam ſtranguriam patiebatur. Calculus ſectus dr. 4¾. pondere erat. Vulnus clauſum intra octiduum. Finiente altera ab operatione ſeptimana potuit domum repetere. Hic nunquam gluten calculoſorum in urina habuit. *ibid. Hiſt.* 9.

Duodecima Calculi Sectio pueri quatuor annorum, Calculi ſymptomatibus jam ab altero ætatis anno laborantis. Facta hic quædam Methodi mutatio. Calculus fuit gr. 35. Inflammationis atque ſuppurationis ſymptomata nonnulla quidem viſa hic, puer tamen elapſis a ſectione ſeptimanis tribus domum ſanus petiit. Urina ejus calculoſorum non fuit. *ibid. Hiſt.* 10.

In calculi ſectione clauditur longe maturius vulnus ſicca deligatione, quam communi vulneraria. *Tom. VI. cap.* 5. *ad Hiſt.* 8. *& ſeq.*

Epicriſis de præſtantia Methodi *Fratris Coſmi*, deque Chirurgorum noſtrorum emendatione, cal-

culum ſecandi. Cautelæ in ea requiſitæ. *Tom. VI. a pag.* 218. *ad* 232. *Calculoſorum* cur pallida urina, cur fœtida, cur glutinoſa? Cur hoc gluten tantam poſſidet materiæ calcariæ copiam? Undenam hæc copioſa calx? Numquid inde capitur cur a *Stepſeniano* remedio tot emingantur calculi ramenta, citra calculi fere imminutionem? *ibid. a pag.* 232 *ad* 238.

Calculo nos ter ſecuimus eundem; *Volckammerus* quater. *Aretæus Cappadox* cauſam dudum explicuit. *Tom. VI. a pag.* 237. *&c.* Calculi generatio in ſingula corporis humani plaga poſſibilis eſſe creditur. Lymphæ arenoſæ experimento. *Tom. XI. pag.* 221. *&c.* *Calculi Pulmonis* videantur *Tom. IX. pag.* 5. *& ſeq.*

Calor corporis humani, ſani, major eſt, quam *plerumque* eſt calor Atmoſphæræ. Corpora inanimata calorem atmoſphæræ habent; cur alia aliis majorem minoremve videantur habere? *Tom. II. pag.* 51. *&c.* Calor hominis ſani in *Thermometro Fahrenheitiano* eſt 95. 96. 97. grad. Calor Febricitantis eſt graduum 98. 99. 100. usque ad 108. & ultra. In frigore febrili notavimus gradum caloris imminuti a 94. ad 87. Exiguus a ſanitate receſſus jam aut frigoris ſenſum, aut caloris facit. *Tom. II. pag.* 153. Verumne eſt Atmoſphæræ calorem humano oportere minorem in hujus refrigerium eſſe? An attritus cauſa caloris? Majorne attritus majorem, minor minorem generet calorem? Oſtenditur in ſententia *Boerhaavii*, *Haleſii*, *Derhamii*, *Sauvagii*, aliorumque multa deſiderari, quæ, priusquam certi quid ſtatui poſſit, determinanda forent. Magni quippe viri hi gradum quidem humani caloris, quem notarent Thermometra, deſignarunt, at vero citra temporis admoti Thermometri determinatio-

nationem; dum interea ſive ſanis, ſive ægris admotum fuerit in $\frac{1}{4}$. horæ gradus 95. 96. notet, in $\frac{1}{2}$. hora 98. 99. Ultra ſemihoræ applicationis gradum vix aſcendit, etſi bihorio adplicatum fuerit. *ibid. pag.* 157. *&c.*

Calorem atmoſphæræ humano & æqualem, & 10. gradibus ſuperantem, homo ſæpe, & inculpate quidem, ſuffert. Magnus Præceptor quod in *Chemia* de neceſſario aëris pulmonici refrigerio ſtatuerat, idem §. 202. Phyſiologiæ negat. *ibid.*

Calorem non attritu, non eo ſolo ſaltem, generari, innumera Experimenta manifeſtant, in ægris capta, qui in algore febrili, imo in diuturniore Aſphuxia, calorem habuere ſani hominis calori aut parem, aut ſuperiorem. *ibid. pag.* 11. *& ab* 163. *ad* 169. Refutatur præcipuum argumentum, quo in febre calorem majorem attritu generari oportere ſtatui ſolet. *ibid. pag.* 166. *&c.* Experimento confirmatur refutatio. *ibid. pag.* 169. *&c.*

Multa hic occurrunt explicatu impoſſibilia. *Caloris* frigorisve ſenſum Anima in ſomno ſic habet, citra attritum auctum, imminutumve, non magis in eo ſomno, quam iis in ſomnis in quibus anima hanc ſenſationem non habet. Anima ergo citra corporeum commercium poteſt habere ſenſationes frigoris & caloris, licet non mutatus fuerit caloris in corpore gradus. *ibid. pag.* 169. *& pag.* 173.

Calor, acuta febre per omnia ſigna nunc ceſſante, adeoque ceſſante majore attritu, pluribus diebus continuat idem, qui in febre fuerat, admoto Thermometro apparere; atque e contrario calor non apparet major in Thermometro, pluries accuratiſſimeque conſulto, in Febribus nonnullis, in quibus ægri ſe exuri conqueruntur, & urentem digitos percipiunt Medici calorem. *Tom. III. pag.* 126. *&c.*

Calor vix major naturali per Thermometrum perpetuo perceptus eſt, dum diu noctuque æger calore ſe comburi clamaret, & Libras V. inflammatiſſimi ſanguinis vena ſecta jam perdiderat. *ibid. pag.* 127. Juvenis pallidiſſimus, cachecticus totus, cui pulſus perpetuo cum parvus, tum debilis, habuit ſex menſium ſpatio, die ſingulo, *calorem* 100. graduum; proinde ejus *calore* majorem, qui pag. 127. æſtu intolerabili ſe conſumi conquerebatur. *Tom. III. pag.* 128.

Calor in paralytica manu nullus obſervatur, ſed intolerabile potius frigus; pulſus tamen in carpo digitisque robuſtus, æqualis per omnia illi manus ſanæ calentisque. Plusquam elapſo poſtmodum triennio eadem hæc manus in Thermometro *Fahrenheitiano* gradus 23. caloris minoris habuit, quam vel altera manus, vel alia explorata corporis loca, interea dum pulſus in carpo, digitisque utriusque manus, æqualis per omnia erat. Gangræna tandem affici hæc manus cepta, atque Cort. peruviani interno externoque uſu reſtituta in calorem, motum quemdam a vi electrica recuperavit. Ergo verum frigus tum ſenſu ægri interno, tum tactu Medicorum externo, tum denique indice tuto Thermometro, adeſſe demonſtratur in optimo atque naturali per Arterias partis perreptantis ſanguinis attritu. *Tom. III. pag.* 129. *&c.*

Calor in brachio nullus, nullusque in homine pulſus, qui ſanus olim brachii naturalem habuerat & pulſum & calorem. *Calor* brachio redit, motus ſenſusque; ſed neque per quinque menſes pulſus. Cum bono pulſu conqueritur femina continuo brachii univerſi manusque frigus. *ibid. pag.* 133. *&c.*

Calor innatus Veterum, ſeu calidum innatum quid? Conſuluntur *Hippocrates*, *Galenus*, & qui ipſis

ipſis anterior *Ariſtoteles*. Magni facere horum ſententias non ſolemus, ſed neque nos multo his meliora proferimus. Textus *Salomonis* ad hæc *a pag.* 136. *ad* 141. *Calor* igitur haud unice dependet a ſanguinis vaſorumque motu & attritu, cum independenter ab illis adſit, licet a mero ſanguinis defectu homo frigeat toties: per experimenta calor parti corporis ineſt ſanguine aut deficiente, aut fere quieſcente; & cum abundantia ſanguinis calor deficit. *ibid. pag.* 140. *&c.*

Calor corporis humani novis experimentis tentatus, priora abunde confirmat. *Tom. IV. p.* 210. Calorem ſano majorem habuit femina debilis, emaciata, nec febricitans. *ibid.*

Calor major naturali deprehenſus in moribundo, ubi paucus motus; in mortuo, & in diu mortuo, ubi nullus motus. *ibid. pag.* 211. *&c.* *Galenus* duplicem diſtinguit humani corporis calorem. *ibid. pag.* 112. Ut in ſano, æque quam in ægro, rite determinari gradus poſſent caloris, multis opus tentaminibus fuit, iisque conſtitit tuto eum incedere, qui ad gradus in *Fahrenheitiano*, aut *Prinſiano* Thermometro ad gradus quadrantis horæ ſpatio, debitis cum cautelis obſervatos, unum adjecerit alterumve gradum. *ibid. pag.* 213. Obſervationes limitantes judicium de vero hominis calore. *ibid. pag.* 213. *&c.*

De calido innato in pueris majore, quam in ſenibus, ſententia *Hippocratis* cum docta interpretatione *Galeni*. In vigore ætatis calorem eſſe omnium maximum ſententia aliorum eſt. Enarrantur 43. Experimenta, inſtituta in omni hominum ætate Barometri ope, ab infante duorum dierum, usque ad 100. annorum ſenem. Conſtitit ejusdem caloris omnem eſſe ſingulamque in ſanitate ætatem. *ibid. pag.* 219. *&c.*

Calor

Calor cur aneuryſmate brachii curato aut ad tempus, aut ſemper, in his deficiat, in aliis adſit? Cur adeſſet in femina tali in Noſocomio? *Tom. VI. pag.* 102.

Calor in duobus hominibus, cum pulſo duro fortique; idque citra nullum fere repertum toto in corpore ſanguinem. Pulſusne ergo calorque ſine ſanguine? An aër in vaſis calorem continuare, pulſumque poſſet? *Tom. VI. Cap. IV. Probl* 1. & 2.

De cauſa *Caloris* in corpore humano novæ obſervationes, quibus priores confirmantur abunde. Calor debita cum cautela 15. minutorum ſpatio in Thermometro obſervatus, ſi gradus duo ipſi adduntur, verum dabit caloris gradum. *Tom. VII. pag.* 209. *&c.*

Thermometra, quæ hic ubique in ædibus, gradum caloris in ſcala *Fahrenheitiana* 70. in *Reaumuriana* 17. indicantia, ut ægris ſalubrem; augmenti febris, Exanthematum expulſionis, & mortis cauſa, non paucis ſunt. Gradus inter 60. & 63. in Thermometro *Fahrenheitii*, inter 12½. & 14. in eo *Reaumurii*, conveniunt in Acutis. *Tom. VII. pag. ult. in Addendis.*

Calor per prima viginti elapſa a morte minuta idem ſemper, qui eidem viventi per omnem chronicum morbum affuerat, & usque ad 35. minutum elapſum vix minor. In Syncope non letali, vix ¼. minuti durante obſervatur frigus marmoreum, ut centies in feminis patet; & in Syncope letali, ſeu in morte, calor tanto tempore obſervatur ſine vel minimo attritu. *Tom. X. p.* 12.

Tempore frigoris febrilis, adeoque tempore minoris attritus, majorem naturali calorem adeſſe Thermometrum evicit. *Tom. XI. a pag.* 22. *ad* 31.

Calorem attritu penitus deleto per novem horæ quadrantes a morte exploratum, conſtitit eſſe

æqua-

æqualem ei, qui cum attritu fit in corpore ſano. Ergo aliæ præter attritum ſunt caloris ſano in corpore cauſæ. *ibid. pag.* 116. *&c.*

Cum calore vix ſuperante naturalem, ictuum pulſus ſunt minuti ſecundi ſpatio 120. 140. 150. 160. In attritu ergo ſummo neutiquam auctus calor monſtrat ſe in humano corpore attritu non gigni. *Tom. XII. a pag.* 80. *ad* 87.

Calx viva, cum melle miſta, egregia in coxario dolore. *Tom. IV. pag.* 156. *Calx viva* quid in morbis interno uſu præſtet? vid. *Calculus, Scorbutus.*

Cambo dexterrimus *R. P. Charlottæ, Lotharing. Principis* chirurgus laudatur, quod in noſtro Noſocomio & feliciter exercuerit, & humaniter alios docuerit Lithotomiam, cum Lithotomo cultro occulto famoſiſſimi Lithotomi *Fratris Coſmi. Tom. VI. pag.* 175.

Cancer curatus ſub largo *corticis peruviani* uſu. *Tom. III. pag.* 193. *&c.* Verum cancrum mentiuntur aliquando Hydatides, aliique tumores. *vid. Anat. LXVIII.*

Capivaccius Peſtem inter febrimque peſtilentem differentiam poſuit, definitionemque Peſtis dedit, qua nunquam in ſuo principio, quando eam noſſe expediret, cognoſci poterit. *Tom. XIV. pag.* 297. *&c.*

Carceris, ſeu Carcerales morbi, multa habent cum malignis Miliaribus, & Petechiis communia, licet ſint iisdem longe antiquiores. *Tom. X. pag.* 221. *&c.*

Car-

Cardialgia Idiopathica & Sympathica deſcribitur, enarranturque 31. cauſæ ejus. *Tom. VI. pag.* 3. *&* 4. Palliatur ſæpius, rarius multa curatur, crudeliterque redit, affligit, torquetque per annos. In incerta ejusdem compoſitave origine multos juvit *Boerhaaviana* quædam Methodus. *ibid. pag.* 7. *&c.*

Cardialgiæ cauſæ ſæpe a Ventriculi, Oeſophagi, Pylori, Duodeni, Scirrho; quæ cauſa raro, niſi initio, ſi ſciatur, curatur. Indicia, quæ hujuſcemodi cauſæ ſuſpicionem injiciant. Ex indicata ab ægris plaga veram mali ſedem certo nequimus determinare; unde ſæpe tot in conſiliis Medicorum diſſenſiones, quas plerumque Anatome dirimit. *ibid. pag.* 10. *&c.*

Cardialgiæ cauſam *Ill. Macneven ó Kelli ab Agrim* ad Pylorum invenit, unde ſenſim ampliatus ventriculus ſic, ut univerſum expleret Abdomen; imo ut Rectum inter veſicamque ſe inſinuans, teneſmum ſtranguriamque generaret. *ibid. p.* 13. *&c.*

Cardialgiæ cauſa a *Riverio* ex *Jodoni* Anatome traditur, ubi craſſa in Pyloro Hydatis in cauſa fuit, ut ventriculus extentus contineret nonaginta liquidi libras. Homo non vomuerat, eo quod ventriculus ampliſſimus connatus eſſet cum Peritonæo; quemadmodum is, (*de quo Tom. V. pag.* 38.) qui vomere debuiſſet, nec tamen vomuit, quia id prohibebat ponderoſiſſimum Omentum. *Tom. VI. pag.* 14. *&c.*

Cardialgia a pingui mole Ventriculo adnata, eumque veluti in duos Ventriculos diſpeſcens. Nec hic vomuerat, cujus cauſa minus liquida, quam priorum fuit. *ibid. pag.* 16. *&c.*

Cardialgia a Pancreatis ac Meſenterii Scirrho, Pylorum, ac Jejuni anguſtante principium: quod autem non vomuerit homo vix explicabile. *ibid.*
pag.

pag. 17. *&c.* Cæterum, exceptis his ſimilibusque exemplis, Cardialgici vomere brevi poſt aſſumta conſueverunt. *ibid. pag.* 18. *&c.*

Cardialgia cum vomitu immutatorum ingeſtorum, ab Omento duos digitos latos craſſo, & Ventriculum, Jecur, Inteſtinum Jejunum, Duodenumque, nec non Coli transverſam partem, in unum veluti Faſciculum contrahente. *ibid. pag.* 19.

Cardialgia cum læſa deglutitione, ac vomitu inter manducandum, quæ 15. annis ægrum vexans, demum occidit. Grande ac durum Pancreas ſic preſſit Duodenum ad vertebras, ut retardaretur chymi ex ventriculo per illud tranſitus. Deſcenſio hinc multa ventriculi. Quin & a forma monſtroſa Jecinoris, ventriculus miram nactus formam erat. *ibid. a pag.* 19. *ad* 22.

In *Cardialgia* cenſuit *Hoffmannus* & potiſſimum, & primario, affici Pylorum. *Morgagni* ſtatuit non omnes, ſed tamen plerasque exulcerationes, indurationes, Scirrhosque Ventriculi, in ea ejus ſede reperiri ſolere, quæ propior Pyloro eſt. Eſt & noſtra quædam de hac re Obſervatio. *Tom. XI. pag.* 257. *&c.*

Caſirus edidit *Bibliothecæ Arabico-Hiſpanæ Eſcurialenſis*, Tom. I. in Folio. *Tom. XIII. p.* 274.

Caſtellus (Bartholomæus) Lexico-graphus, ab aliis poſtliminio auctus, atque emendatus, Peſtis longam deſcriptionem fecit, eaque longiorem definitionem; fatetur autem deſcribi vix illam poſſe, " propter ſummam ſymptomatum varie- " tatem, & latentem cauſarum indolem, & di- " ſpoſitionem. " Omnis porro ejus definitio Peſtis eo eam tempore ſpectat, quo ultra nec plebejus quidem quin Peſtis ſit, dubitat, haud vero

ejus-

ejusdem inchoamentum, quando maxime, ut ſiſteretur, cognoſcenda foret. *Tom. XIV. pag.* 281.

Caſtellus (Petrus) non omnem Peſtem aëris vitio naſci exemplo oſtendit, ceterum definitionem ejus dedit omnino defectuoſam. *Tom. XIV. pag.* 275.

Catalepſis. Hiſtoriæ ejus duæ, earundem pathologica diſcuſſio, & curatio. *Tom. IV. pag.* 184. *&c.*

Cataplasma ſalutare in dira oculorum Palpebrarumque inflammatione. *Tom. IX. pag.* 243.

Cauſæ Morborum inveniuntur ſæpe in Cadaveribus ingentes, multæque ætatis, quarum tamen nullus unquam fuerat obſervatus in vita effectus: quia tamen harum effectus ſæpius in vita produntur, inepte quis negaret ab ejusmodi cauſis non ſequi ejusmodi effectus. *Tom. VII. a pag.* 104. *ad* 110. *Cauſæ* internæ morborum ſignis ſuis manifeſtis non raro videntur certo, juſtoque determinari, & nihilominus aliquando nullas tales cadavera exhibent; imo ſi quas exhibent, eas prorſum alias, quæ alia longe ſigna edere debuiſſent, non raro invenimus.

Ac præterea cauſas plurium, magnorum longorumque Morborum, cadavera aliquando oſtenderunt nobis, qui hominem tamen nunquam afflixerunt, nec ſuæ cauſæ præſentis unquam dedere vel minimum ſignum. *Vide Anatome. Aneuryſma. Vita. Calculus.*

Cauteria laudatiſſima in Morbo coxario, ſeu Iſchiadico. *Tom. IV. a pag.* 127. *ad* 156. Cauteria laudata ab *Hippocrate* aliisque ultra 40. Autoribus, in inveteratis pertinacibusque capitis varia-

riarumque ejus partium, morbis; damnoſa interim in iſtis reperta duplici Noſocomii experimento. *Tom. VI. toto cap. VI.*

Celius Aurelianus laudatur in quæſtione, num Emetica ſint Acutorum principio danda? *T. III. pag.* 7. Suaſit Cranii uſtionem in pertinacioribus capitis morbis. *Tom. VI. pag.* 242.

Celſus latiniſſimus laudatur in Tympanitidis definitione. *Tom. II. pag.* 74. In Inuſtione Cranii commendanda ad Curam pertinaciorum Capitis morborum. *Tom. VI. pag.* 242.

Chamomillæ flores cujuscumque doloris colici Antidoton *Baglivius* habet. *Tom. III. pag.* 97.

Chenot (Adam) *Daciæ Tranſylvanicæ* Peſtem accurate deſcripſit, & hiſtoria morbi erudite eleganterque confecta, oſtendit Peſtem ſuo in principio tam obſcura ſui ſigna dediſſe, ut adeſſet, nec ne, inter ſeſe acriter diſceptarent Medici, nec Peſtem eſſe unanimiter decernerent, niſi quando a nemine, vel plebejo, negari ultra poſſet. Dat eam interſtinguendi ſigna octo; ſed cum hæc ſigna non in principio habeantur, nec adſint niſi omnibus jam manifeſta peſte, patet vera initiantis morbi indicia adhuc in *Democritis puteo* latere. *Tom. XIV. a pag.* 291. *ad* 295.

Chirurgia Regia *Pariſ.* Vide *Academ. Chir.*

Chirurgi perperam Medicos laceſſunt, quaſi hi in incertis Internis, ipſi vero in certis Externis verſantes, artem colerent certiorem. Tumores Hydropici, Tumores cyſtici, Ovariorum, Cordis, Arteriarumque morbi, illos non minus, quam nos decipiunt. *Tom. IV. Cap.* 3. *Tom. V. Cap.* 2. Duo, Aneuryſmatum exempla hoc confirmant.

 Tom.

Tom. V. a pag. 187. *ad* 200. Nec non Arteriæ ligatura. *ibid. a* 204. *ad* 207.

Cholera morbus *Macbridio*, perniciem *Gas Sylveſtris* neganti, non bene notus; notior ſane *Sydenhamo*, ob curas in eodem felici.

Ad *Choleram* curandam Helleboro uſum eſſe *Hippocratem*, falſo quis ex *Viri Athenienſis* hiſtoria arguerit. *Tom. XIII. a pag.* 119. *ad* 126.

Chorea ſancti Viti hucusque ſemper curata ad Machinam electricam. *Tom. III. pag.* 213.

Claudinæ Rouge in *Rhodano* ſubmerſio, graviſſimarum quæſtionum Medico-legalium origo fuit. *Tom. XV. Cap.* 2.

Clyſmata communia, quotidiana, ſunt proficua in quibuscunque Acutis morbis, æque in morigera, quam in immorigera alvo. Molliunt alvum, deficientem provocant, emendantque ſiccitatem, ob quam ſolam omnino indicantur: moderantur autem alvum ſymptomaticam acris cujusque dilutione & ablutione: obſtructa viſcera, dolentia, inflammata, fovent, ac tandem abſorpta diluunt, ac ſolvunt corporis humores, nutriuntque. *Tom. I. pag.* 36. *&c.* Clyſmata multa imprudenter injecta in morbo ileo gignunt ſtercoreum vomitum, Coli valvulam dilatando. *Tom. II. pag.* 86. *Clyſmata* utiliſſima in Variolis & Morbillis. *Tom. II. a pag.* 49. *ad* 53. In Colica Pictonum egregia, & varii generis, nec non oleoſa. *Tom. III. pag.* 88. Laudavit *Hippocrates Clyſmata* in Coxario morbo. *Tom. IV. pag.* 153. Voluit *Dioſcorides* hic acerrima *clyſmata:* an his favet Anatome? *Tom. IV. pag.* 154. *Clyſmata* frequenti in uſu *Hippocrati* in Acutis, etiam tempore cruditatis. *Tom. XII. pag.* 192.

Clyſ-

Clyſmata fumi Tabaci duos a morte eripuerunt. *Tom. I. pag.* 151. Eaque plures a morte præſervarunt. *Tom. II. pag.* 64. Non profuerunt Herniofis duobus. *Tom. II. pag.* 65. *&c.* Nec Tympanitico. *ibid. pag.* 79. Fumus Tabaci in quopiam Hernioſo non tranſivit Coli valvulam. *ibid. pag.* 97. Clyſma tale curavit Ileum, forte non ſolum, ſed aſſumta gelida adjutum. *Tom. IX. a pag.* 204. *ad* 207. An quod feminam non liberavit ab Ileo, e viliore Tabaco paratum fuit? *Heyſterus* vult ex optimo parari. *Tom. XI. p.* 183. vid. *Ileum. Hernia. Colica.*

Cocchius non niſi materie turgente dabat Emetica, aut Purgantia, in Acutorum principio; caſtigatur tamen ab Amico *Lanciſio*, quod τὸ ὀργᾶν latius, quam *Hippocrates*, extenderet. *Tom. III. pag.* 12. 13.

Colica Pictonum. Ejus Prophylaxis eſt Ventriculum bene replere cibo pingui, ac digeſtionis diuturnioris, ante periculoſum in Fodinis laborem. *Tom. I. pag.* 153. Præcipue hujus Morbi ſcriptores. *Tom. III. pag.* 73. Cura multis Autoribus celebratur Emetico, & quidem draſtico, addito dein purgante. Utique in robuſta Inteſtinorum, ac ventriculi fibra, prodeſſe non nunquam videtur poſſe, in debili vero nocere, licet brevioris temporis quies adblandiri videatur. Autor plures curavit ſine Emetico, ſineque eo curavit ſuos tres *Tyſſotus.* Alii ſolis purgantibus ſatagunt debellare morbum, hisque lente quidem, ſed feliciter ſæpe ſanant. Tandem alii ſola demulcente, involvente, obliniente, ac ſopiente Methodo fortunas celebrant ſuas. *Tom. III. pag.* 76. *&c.*

Examen cujusque Methodi. *Colicæ Pictavenſis cauſa proxima eſt* conſtrictio ſumma inteſtinalis tubi; Fæcum in eo contentarum exſiccatio, & induratio, earumque in Coli Inteſtini cellulis, vehementer contractis, mira in duros parvosque globos converſio. Et cum Ileum Inteſtinum in multa ejus longitudine verum ſtercus gerat, ſedes quoque mali ibidem aliquando eſt.

Quæ in macro ventre omnia manu propria explorare datur. Conficitur inde aliquando Emetica integras poſſe curas edere, ſæpius autem temporarias modo, palliantesve; præcipue ſi, quemadmodum ſolent, Emetica etiam alvum ſolvunt, aut iisdem ſubjunguntur Purgantia. Pathologica hujuſce concluſionis explicatio. *ibid. a pag.* 78. *ad* 84. Altera Methodus, purgans ſcilicet, minus priore nocet, curatque, ut prior, aliquos integre, plures palliando duntaxat. *ibid.* Tertia denique Methodus, ex ea Methodo optima tutiſſimaque hominem, qui venenum ſumſit, curandi, & omnium temporum exemplo, roboratur. Cura hæc homines 130. ſervavit, eſca venenata pene mortuos; ſic ut eorum duo tantumodo, qui hanc methodum non ſubierant, morerentur. *Petrus Milo*, & *Tyſſotus*, ſic curarunt *colicam pictonum ibid. pag.* 84. *&c.* Hominem a biennio hac Colica, auxilia omnia reſpuente, affectum, hæc Methodus in Noſocomio percuravit. Sic & tres alios. Lac recidivam præcavit. *ibid. pag.* 89. Confirmantur omnia hæc *Styrorum* Foſſorum exemplo ſupra laudato. *pag.* 90. *&c.*

Hæc ipſa *Colicæ Pictonum* cura vel integre plures Dyſenterias curat, vel impetrat inducias ad emetica purgantiaque tutius exhibenda. *ibid. pag.* 91. *&c.* Eademque cura in Noſocomio Hiſpanico quondam Malignam febrem, Vomitu ac Colica

lica invadentem, Emeticis irritatam, pluresque ſternentem, feliciter tutoque curavit. *ibid. p.* 92. Curat quoque Febres pertinaces, minus prioribus malignas. *ibid.*

In hac *Colicæ Pictonum* cura opium principem locum tenet. Laxando quippe pacandoque Nervos, efficit, ut ore non rejiciantur, ſi ea dare oportuit, purgantia, ſed egregie operentur. Et *Baglivii*, *Riverii*, *Sydenhamii*, atque *Huxhami* autoritate, & Noſocomii practici experientia, confirmatus fuit hic opii uſus. Confirmavit maxime morbus Filii clariſſimi quondam *Paſſavienſis*, nunc *Bavarici* Archiatri *Caſpari Rueff*, qui quo in deſperato Ileo blandiorem mortem filio conciliaret, largam Opii doſin dans, lætus eum, alvo copioſiſſima prodeunte, ſanitati protinus reſtitutum vidit. An *Millefolium* & *Chamomilla* quoque videntur contuliſſe quidquam? *ibid. a pag.* 93. *ad* 97.

Colicæ Pictonum Theoria difficilis eſt, quia Paralyſis, ſi illi adjungatur, non niſi quosdam in parte non ſemper eadem, eosque in aliis alios, Muſculos afficit. In Brachii Paralyſi intellectus juvatur *Hippocratis* varia obſervatione, qua conſtat à Pulmone ita tumente, ut eos Nervos comprimat, qui ex Intercoſtalibus ad originem brachialium Nervorum concurrant, Brachii Paralyſin naſci. *ibid. pag.* 99. Exemplo triplici hæc *Hippocratis* confirmatur obſervatio. *ibid. a pag.* 100. *ad* 103. Theoriam hanc multum illuſtrat *Winslowus*, in demonſtratione Nervi ſympathetici magni, confirmatque *Petitus. a pag.* 104. *ad* 111. Explicatio horrendæ contractionis Abdominis, Podicisque, Iſchuriæ quoque, Dyſuriæ, Amauroſeos, Aphoniæ, Emaciationisque, cum corporis univerſi, tum peculiaris cujusdam artus, in eoque peculiaris cujuspiam Muſculi, tandem & eminentiarum ad Carpum. *ibid. a p.* 111. *ad* 115.

Colica Pictonum in qua omnia ſive leviora, ſive graviora ſymptomata, & diuturna fuere, & pertinacia, at vero omnia pauco cum dolore. Ratio phænomeni. *ibid.* Diviſio in Saturninam, Vinoſam, Podagricam, &c. neceſſaria non eſt, cum cauſa proxima ſit omnibus eadem. *ibid. pag.* 116. Paralyſis poſt curatam Colicam relicta, opem a vi electrina tulit. *pag.* 116. *&c.*

Colicæ pictonum curatio cenſenda tantummodo pallians eſt, quamdiu vel perpetuo, vel per intervalla, alvus globulorum multorum forma prodit. Naturales fæces, conſtanterque tales, curam completam paſſim docent. *a pag.* 83. *ad* 89. Carpi in hoc morbo tumor, ſingularis eſt cum Naturæ, tum Prognoſeos. *ibid. pag.* 113. *&c.*

In Colica Pictonum Aſtruc & Maloet anno 1751. Venæ ſectionem, Emollientia, & Opiata commendarunt. *Ilſemann* anno 1752. emollientia interna externaque: *Du Bois* anno 1756. expunxit venæ ſectionem. *Tom. III. pag.* 233.

Colica pictavenſium a plumbo, forte & a cobalto, orta, ſexies in vita tolerata ſine Paralyſi, in ſeptimo paroxyſmo inchoantem Paralyſin habuit, in octavo, nonoque adauctam, ſed cum curato paroxyſmo una curatam: In decimo paroxyſmo, eoque letali, nullam Paralyſin. *Tom. X. pag.* 4. *&c.* vid. *Anat. LXXXIII.*

Colica pict. cujus inſultus primus levis, alter poſt annum gravior, cum incipiente Paralyſi cum paroxyſmo vero una curata. Ita & tertius cum Paralyſi penitus curatus in Noſocomio practico. Quartus paroxyſmus a Saturno denuo natus, graviſſimus, citraque Paralyſin, mortifer. *ibid. a pag.* 23. *ad* 40. vide *Anat. LXXXIV.*

Colica pict. forſitan etiam Saturnina, a quadriennio levioribus, a biennio ſævioribus, protractioribusque inſultibus, hominem excrucians,

eum demum poſt notabilem emendationem inopinato prehendit, peremit. *ibid. a pag.* 40. *ad* 44. vid. *Anat. LXXXV.*

Homines numero novem *Colica Pictonica* affecti, quorum ſeptem a Plumbo. Quæ cauſa cur a multis morbus ipſe non *Pictonica* colica, ſed *Saturnina* appellatur. Per quinque late deductas cauſas conſtat vim mortalium multam eam pati poſſe, cum tam multi ſint, qui vel alimentis, vel potulentis, vel inſpiratu, Plumbum hauriant. *Tom. X. a pag.* 80. *ad* 91. *Viennenſe* Diſpenſatorium, iique Medicorum ac Chirurgorum taxantur, qui ad Gonorrhœas, ad Pollutiones, ad Arthritidem, Phthiſimve curandam, ſaturnina ore ſumenda, injiciendave, audacter confugiunt. *Tom. X. pag.* 86. *&c.*

Boerhaave, & *Gaubius*, interno Plumbi uſui hanc Colicam adſcripſerunt. *pag.* 82. *&c.* Vinum adulterari Plumbo ſolet, ut quod vile & ingratum erat, ſapidum prætioſumque reddatur. *ibid. pag.* 83. 84. Neque aut ſp. Salis, aut oleum Vitrioli rectificatiſſimum, ſalesve Alcalini, plumbum in vino prodeunt, ſed *Atramentum Sympatheticum*, ſive liquor vini probatorius, cujus compoſitio uſusque traditur. *ibid. pag.* 84. *&c.* Butyro admiſtum plumbum liquore proditur eodem. *p.* 86. Vapor Plumbi in corpus humanum intrat & inſpirando & deglutiendo. *pag.* 90. *&c.*

Colicæ Pictonum incerta Prognoſis. Nonnulli integre quidem, citraque recidivam, curantur; multi vero aut in acceſſu primo intereunt, aut plures minoresve patiuntur recidivas, horumque complures in Paralyſin ſerius ocyusve labuntur. *Tom. X. pag.* 91.

A cauſa proxima bene intellecta formantur Prognoſeos ac Diagnoſeos Regulæ. *pag.* 92. Quamdiu

diu parvos globulos fæcales deponunt, ut ſupra jam monitum, licet curati videantur, cauſa remota morbi perſiſtit, a facile accedente cauſa vel minima reducens morbum. *pag.* 94. *&c.* De tuberculis in dorſo manus, & quid a ſubito eorum timendum receſſu? *pag.* 94. Quid de jactata cura per draſtica ἄνω & κατὼ purgantia cogitandum? *pag.* 96. Haud eadem mala cuncti, aſt varii varia ſufferunt; præcipua ſunt convulſio Tetanusve ventris, Vomitus, Alvus vix referanda, Inſomnia, Paralyſis non minus mirabilis, quam diverſa, Icterus, Iſchuria, Hydrops, Amauroſis, Amblyopia, Raucedo. Tumorem bile æruginoſa plenum inter Jejuni tunicas *Citeſio* demonſtravit *Petrus Milo.*

Colicæ Pict. curatio opio, Purgantibus, oleo potiſſimum perficitur, maxime ſi demum ad Paralyſim vis electrica admoveatur. Iis, qui ideo electricitatem damnant, eo quod quondam ejusmodi homo poſt admotam vim electricam obierit, reſpondetur, ut ceterorum auxiliorum artis, ita & hujus prudentem ſemper oportere uſum eſſe. 2do cum prudenti adminiſtratione non plus eſſe electricitatem damnandam, quam prudenter inſtitutam Venæ ſectionem, licet milleni ægri, quibus Vena ſecta fuerit, iniqua morbi ſorte moriantur. *ibid. a pag.* 109. *ad* 112.

Frequentiore noſtro examine anatomico facile comprehendimus, cur, qui eo examine carent, cauſam ægritudinis tam diverſam nobis tradiderint. *pag.* 113. An Cobalti vapor, an aſſumtum olim Arſenicum in duobus hominibus cauſa fuerit intolerabilis, vixque pacandi pruritus? *pag.* 114. Quibus Febribus intermittentibus pertinacioribus, una colicus dolor perſeverat, ſuſpicio eſt fore, ut in colicam Pict. transmutentur. *Tom. XI.*

XI. pag. 5. Et in hiſce Febribus multum utendum Chamomilla, infuſa, pulverataque erit. *ibid.*

Colum Inteſtinum memorabile eſt in Pathologia, cum toties inveniatur mutatum ſitu, figura, ſtructura, amplitudine incredibiliter aucta & imminuta, brevitate & longitudine, flexuum numero ac figura, vicinarum partium compreſſione, &c. *vide Ileum.* Coli valvula an poſſit ita connivere, ut quæ in Colo & Recto continebantur, per eam tranſeant, & evomantur? *ibid.* Vide omnes Tabulas Coli Inteſtini in *Tom. X. & XI.*

Commercium Animæ cum ſuo corpore exponere Mortales ab omni ævo geſtierunt; at vero nec potuerunt unquam, nec poterunt. *Tom. II. pag.* 140. *&c.*

Commercium peſtem inducit ſæpe, propagatque: ejus cauſa nomen peſtis ſupprimitur, donec univerſam populetur civitatem. Vide *Peſtem.*

Conſilia aut recuperandæ, aut conſervandæ ſanitatis, quæ divinæ Legi adverſantur, deteſtanda ſunt. *Tom. VI. pag.* 142. 143.

Convulſio. Vide *Spaſmum, Tetanum, Epilepſiam.*

Cordis motus enigma eſt, ſoli DEO, qui ſe ſolum ſenſu morali cordium vocat ſcrutatorem, etiam ſenſu litterali, notus eſt. *Tom. II. a pag.* 138. *ad* 145. *& p.* 169. *Cor* vacuum utrumque, uti etiam cuncta in corpore vaſa, dum nihilominus ad Vitæ extremum pulſus calorque affuerant. *Tom. VI. cap.* 4. *Probl.* 1. Cor fere penitus vacuum utrumque, in homine qui ſemper pulſum, fortem durumque habuerat. *ibid. Probl.* 2. *Cor* mole craſſitudineque monſtroſum, duarum Librarum pondere. Thalamorum quisque capiebat,

experimento capto pluſquam duas aquæ Libras. Arteriæ maiores Aneuryſmaticæ, & oſſeæ, cuius in vita ſigna non affuerant. *ibid. Probl.* 3. *Cor* feminæ multas ærumnas, quæ affecta Vitalia nunciarent, paſſæ, oſſiculum gerebat octo linearum longitudine, ac trium linearum latitudine, in Ventriculi ſiniſtri carne ſuperiore. Degeneres valvulæ omnes, nec, ut ſæpe fit, modice tantum tegendæ aperturæ ineptæ; ſed ſic, ut in Aorta dilatata ſpatium relinqueretur, valvulis jam adductis, per quod communis magnitudinis Aorta tranſire facile potuiſſet. Hæcque omnia diuturniore tempore ſic ſe habuiſſe, Valvularum craſſitudo atque durities, inventumque in earundem una Oſſiculum, demonſtrarunt. *ibid. Probl.* 4.

In cane eum in finem ſtrangulato, ut Machinæ cuiusdam injectoriæ effectus conſpici in eodem poſſent, laxato poſt apertum Ventrem & Thoracem fune in collo, vita ſuffocata pulcerrime rediit. Experimenti promotio, varietas, & verus Cordis Arteriarumque motus, enarrantur. Experimenta in alio cane repetita idem exhibent. Utrumque Cor æquabiliter, unaque agere, & æque fortiter, patuit; in ſyſtole cuſpis cordis, eiusdemque latera, ſe leviter ſimul contrahunt. In utroque experimento non vixit Cor dextrum diutius ſiniſtro. Commendatur prudentia in experimentis ad functiones vitales in Animalibus explorandis. *Tom. VIII. a pag.* 256. *ad* 261. *& pag.* 269.

Irritabilitas cordis, non ea, quam ab omni ævo admittimus omnes, ſed ea, quam nunc vulgo docent, admitti non poteſt, quia capta cum a nobis in hominibus, brutisque, plura, tum 170. inſtituta a *Valſalva* ac *Morgagno* experimenta, non favent eidem. *Tom. IX. a pag.* 194. *ad* 201.

Cor, aperto pericardio, in Cane, cui ſtrangulato pauxillum laxaveramus laqueum, ſe bene con-

contraxit; motu contractili tam ad Baſim, quam ad cuſpidem obſervato. Vita in hoc ſtatu ultra horæ perſeveravit quadrantem. Vita ſiniſtri cordis ea dextri manifeſtior; fluidoque ſanguine ſiniſtrum quam dextrum plenius. *ibid. pag.* 218. *&c.* In alio cane ſtrangulato primo a morte momento utrumque *Cor* fluidiſſimum pleno rivo ſanguinem de facto vulnere profudit. *ibid. pag.* 231. Alia Anatome non fluido ſed grumoſo cruore æqualiter repletum oſtendit thalamum *Cordis* utrumque. Iterumque in duobus cadaveribus uterque plane vacuus fuit *Cordis* Ventriculus, turgentibus ſanguine pulmonibus. Poſtmodum in cane vivo *Cor* ſiniſtrum multo valde ſanguine onuſtum fuit, interea dum in id nihil ultra ex Pulmone accederet; & tanto tamen irritamento ſanguinis nihil amplius ſe *Cor* movebat. Anatome *P. Martiani* hanc noſtram ultimam confirmat. Obſervationibus quatuor Anatomicorum, noſtras confirmantibus, conſtat in hiſce phænomenis ita variam, inconſtantemque Naturam eſſe, ut nullum inædificari ſyſtema eidem poſſit. *Tom. X. a p.* 283. *ad* 293.

Cor vacuum utrumque, cum onuſtis ſanguine Pulmonibus. *Tom. XI. a pag.* 136. *ad* 141.

Quæſtionis de *Cordis*, cunctarumque partium irritabilitate, & ſenſilitate Finis; ex quo *Illuſtr. Hallerus* a ſuo ſyſtemate ſartam tectam Pathologiam eſſe ſe omnino velle, octavo quæſtionis anno tandem declaravit. *Tom. XII. a pag.* 253. *ad* 274. Animadverſio in eos, qui eandem Quæſtionem non finitam, ſed æternam fruſtra mallent. *Tom. XIV. a pag.* 115. *ad* 133.

Epiſtola *Hallero* digna in eiusmodi concitores. *ibid. Cordis* & Pericardii ingentes, ac letales morbi, in duorum cadaveribus reperti, citra eorundem in Pleuroperipneumonia ſigna. *ibid. p.* 25. *&* 36.

Cor-

Cornea a venere opaca *Mercurii ſublimati* ſolutione denuo pellucida facta eſt. *Tom. I. pag.* 150. *Corneæ* maculæ quomodo tollantur vid. *Muſtella fluveatilis.*

Cortex peruvianus. vide *Peruvianus cortex.*

Coxarius dolor, ut & Lumbago, Arthritidi & Rheumatiſmo ſæpe tribuendi morbi, & ut Chrohini, ſponteque ſatiſcentes crediti, non raro ſunt inflammationes diriſſimæ, aut depoſitiones peſſimæ adeo materiæ, ut vitam longis ærumnis miſerrimam reddant, mortemque calamitoſam. *Tom. I. pag.* 129. *Coxa*, femorum ſuperiorum, oſſi ſacri affectiones, & dolores, interiora ſaepe deſtruunt funditus, antequam foras prodant ſeſe. Cadaver id confirmans. *Tom. II. pag.* 133.

In *Coxario* morbo, a cauſis *externis* nato, contingit, ut vel 1mo frangatur cervix oſſis femoris, capite ejus manente in Acetabulo; vel 2do frangatur, ſolvaturque Epiphyſis, ut ab oſſe ſejungatur, idque in Junioribus maxime; quamvis in hiſce non ſemper ſic: vel 3tio ut Os femoris integrum luxetur, fracto Ligamento tereti: vel 4to ut luxetur Os femoris integro quidem Ligamento, ſed elongato: vel 5to ut Caput hujus Oſſis cum Acetabulo morboſe uniatur, ut fiat Anchyloſis. *Tom. IV. pag.* 127. Exempla ſingulorum cum ex Noſocomio, tum ex aliorum obſervatis. *ibid. pag.* 127. *&c.* Morbus non idem ſemper, ſed tempore valde mutatur *ibid. Coxarius* morbus natus a Cauſis *internis*, iisque vel unicis, vel cum externarum nonnullis miſtis difficilis ſæpe eſt Diagnoſeos. Cauſarum internarum enumeratio. *ibid. pag.* 131. Notabile Noſocomii exemplum. Indicatio. An faciunda apertura ſit? Cur, ſi fiat, oporteat eam parvam eſſe? Cur parvam,

etiam-

etiamſi magnam debere eſſe jubere videretur indicatio? *ibid. pag.* 136. *&c.* *Coxarii* morbi cura Hippocratis, & aliorum prima, vel inuſtione vel ſectione; an eædem ad Os usque? Altera, Cucurbitis. Tertia ſanguinis miſſione. Quarta, purgantibus, acrioribusque clyſmatibus. Quinta fomentis cum emollientibus, tum ſtimulantibus. Sexta Frictione humida & ſicca. Septima, Thermis. Octava, Fonticulis. *ibid. a pag.* 137. *ad* 156.

Coxarii, ſeu Iſchiadici morbi, prognoſis ſemper incerta eſt, cum ignoremus an, & quousque, interiora læſa deſtructaque ſint, antequam foras prodeat malum. *ibid. a pag.* 157. *ad* 161. Cur hic primo tempore longitudo cruris femorisque affecti par ſano, poſtliminio vero aut brevior, aut longior? *ibid. pag.* 128. *&c.*

Ad inuſtiones, inciſiones, & Cucurbitas *Hippocratis*, Veterumque, lata noſtra Veſicantia, aut Emplaſtra, vel cataplaſmata cum admiſto cantharidum pulvere referuntur. Methodus applicandi: Eo quoque Moxæ referenda uſtio eſt. Laus vivæ calcis, cum Melle. Laus Maſtiches in ſpiritu vini ſolutæ. *ibid. toto Capite.* Laus corticis peruviani cum lacte in coxario morbo, dum una habetur aptorum auxiliorum applicatio externa, eaque ſæpe quoque a Cortice petita. Laus Antiſcorbuticorum. *ibid.*

Cramer celeber apud *Leithopontanos* Phyſicus, laudatus a Methodo Miliaria ac Petechias averruncandi. *Tom. VIII. pag.* 193.

Cramer mox laudati Pater, de Scorbuto bona ſcripſit. *Tom. VIII. pag.* 200.

Cranii uſtio, in Cephalæa pertinaci cum Hemicrania, in Epilepſia inemendabili, in Amauroſi,

ſi, &c. laudata ab *Hippocrate*, & Autoribus plusquam quadraginta. Commendata fuit a multis cranii integumentis integris; a multis iterum ſic, ut tranſciſſis remotisque integumentis Ferro candente ipſum tangeretur *cranium*: idque alii in ſuturarum vicinitate, alii in ipſo ſuturarum contactu. *Tom. VI. cap. 6.* Autoritate horum captum in Noſocomio binis in ægris experimentum, non ſucceſſit. *ibid.* Operationis enarratio. Symptomata. Anatome. *ibid.* Epicriſis cum Operationis, tumDoctrinæ ſcholæ medicæ de eadem. Experimenta cauterio facta in craniis multis Cadaverum, & antiquorum Sceletorum. *ibid.* (Imperfectæ Editiones, & Vitioſæ verſiones, in cauſa fuere, cur unus alterve textus a nonnullis minus conſonus cum ſuis Auctoribus, quos ego & optime, atque ex originali editione excitaveram, inventus fuerit:) Quæritur ergo an ejusmodi Capitis morbis Trepanon præſtaret quid tutius, certiusque? *ibid. ad finem Cap. 6.*

In Criminalibus danturne ſigna certa, quibus Magiſtratus infallibiliter diſcernat, ſit ne quis vivus, an mortuus præcipitatus in aquam? Diſcuſſio lata hujus quæſtionis. *Tom. XV. Cap. II. Sect.* 1. 2. 3. & in *Appendice.*

Criſis. Critici Dies. Horum tradita ab *Hippocrate* præcepta in Noſocomii ægris abunde confirmantur. Recenſentur variæ objectiones; & primo quidem ea, quæ petitur ex prætenſa *Hippocratis* inconſtantia in determinandis diebus criticis. Secundo ea, qua aſſeritur pene omnes morborum dies ab eo inter criticos recenſeri. Tertio hæc, quæ ſi æterna eſſet *Hippocratis* Lex, eandem ſtatuit ab omnibus Medicis veram inveniri oportere; id autem falſum eſſe. *Tom. I. pag.* 56. *&c.* Reſpondetur 1mo Notarios erraſſe in nume-

numeris ex Autographis in ſuas chartas referendis, quo errore nihil facilius eſſe oſtenditur, cum numeri græcorum ſimplici Littera alphabetica, variaque accentiuncula, tantummodo notarentur. Demonſtratur hic error variis exemplis. 2do Ex ipſo *Hippocrate* totum hoc dubium ſolvi, ſolvi a *Galeno* in Commentariis, ſolvi denique ab obſervatione quotidiana. *Tom. I. a pag.* 56. *ad* 74. Ut hoc demonſtretur ex Clinicis *Hippocratis* obſervationibus, Tabula adornatur 200. *Criſium*, tam particularibus in ægris, quam in integris Epidemiis, ab eo deſcriptarum; ſic ut hæc Tabula ſit millenarum multarum Criſium. *Tom. I. a pag.* 64. *ad* 67.

Quinam critici dies ſpectabilores? Quinam infidi? ſuſpectique? criſes bonæ numeroſiores iis *Hippocratis* enarrantur, ob meliorum, quam quibus fruebatur ille, auxiliorum copiam. *pag.* 64. *&c.*

Criticæ perturbationes ut *Hippocrati*, ita & nobis apparuerunt, nobis autem, quam illi rariores, ob audaciorem venarum ſectionem, melioraque Medicamenta. *ibid. pag.* 70. *&c.*

Criſes æque frequentes, eæque ſtatis temporibus circumſcriptæ noſtris, quam *Hippocratis* temporibus. *ibid. pag.* 72.

Criſi per ſudorem quandonam vigor horrorque præcedere oporteat, quandonam non? *Tom. VIII. a pag.* 8. *ad* 11. Criſis per ſudores bona, & nihilominus aliquando cum ea lapſus vel in alium morbum, vel in mortem. *Tom. VIII. pag.* 11. 12. Morbi acuti ſine criſi, & ſine benigna reſolutione, diuturni & difficiles & periculoſi ſunt; qui cum contingant aliquando, *Criſes* dixit fieri *Hippocrates* non *ſemper*, ſed *ut plurimum*. An hæc Animadverſio quoque vera eſſet Aphoriſmi 19. ſect. 2. explicatio? Quid addere idem ad ve-

ræ criſeos deſcriptionem ſolebat? *ibid. pag.* 24. *&c.* Criſes multæ cum Reverſionibus; & an forte ob id altera laudati mox Aphoriſmi expoſitio? Quin & critice ſolutos eſſe morbos ſcribit, quos multæ ærumnæ ſequebantur. *ibid. pag.* 26. *ad* 28.

Cum Urinis nigris aut nulla *Criſis*, aut letifera, aut etiam pluries bona viſa, & cur? *a pag.* 29. *ad* 47. Vide *Urina nigra.* Criſes bonæ, nec raræ, cum omni genere pravarum urinarum; & e contrario, cum bonis *criticisque* urinis nonnunquam recidiva, & mors. *a pag.* 48. *ad* 52. Criſes tutiores, ſi una ſint criticæ urinæ. *pag.* 53. Pravæ bonæve urinæ non ſolæ conſiderandæ ſunt, verum & alia cuncta tam inſueta, quam conſueta Morbi ſigna, evacuationesque, ut legitimum formetur de Criſi judicium. Exceptiones autem in Doctrina *critica* Leges *criticas* non modo non ſubvertunt, ſed mirum in modum confirmant. *ibid. a pag.* 55. *ad* 62. *Criſis*ne ſolis urinis obſervatur fieri? Reſponſio affirmans probatur. *a pag.* 63. *ad* 72. *Criſis* bona malave dicenda an ſit, iis difficile eſt in morbis, quorum verum ignoratur principium. Quomodo in hiſce ſe geſſerit *Hippocrates?* Ejus de hiſce præcepta atque conſilia in Noſocomio ſequimur. Hæc autem conſilia quænam? *ibid. a pag.* 73. *ad* 79. An contingente bona *Criſi* certo prædicat quis fore, ut neque recidivus morbus ſit, neque in alium is mutetur, neque vitam adimat? Abſolutam omnibus numeris reſponſionem hic dari non poſſe, quintuplici ratione oſtenditur, funeſtoque confirmatur exemplo. *ibid. a pag.* 80. *ad* 103.

Criſin & coctionem veſicantia promovent. *vid. Veſicantia.* *Criſes* ponit laudatque *Hippocrates* in dolore ac tumore ſplenicæ Regionis per Hæmorrhagiam ſiniſtræ naris; *Criſeos* huiusmet, ſed imperfe-

perfectæ, proferuntur exempla duo. *Tom. XI. pag.* 6. & 12. *Criſis* ad extremos manuum pedumque digitos, cur ſuſpecta infidaque fuerit habita *Hippocrati?* Exemplum hujus *a pag.* 24. *ad* 27. Dies criticus cur infidus & ſuſpectus fuerit ipſe ſeptimus? Recidiva Peripneumonia inde, & mors. *ibid. pag.* 23. *&c.* Critica non judicantia. *Tom. XI. pag.* 269. *Criſis* num ex Neotericorum placitis & certa & varia indicetur per varios ab ipſis partim obſervatos, partim excogitatos, fictosque Pulſus? vid. *Pulſum.*

Cruditas brevior, diuturnior, diuturniſſima, non metitur morbi tempore, ſed conditione. Hoc per omnes Tomos oſtenſum eſt, & potiſſimum *Tom. XIV. cap.* 5. *toto.*

Cucurbitae utiles in coxario morbo. *Tom. IV. pag.* 152. (Hominem a morte eripuerunt:) etiam non ſcarificatæ, in Angina cynanche. In Ileo morbo *a Galeno* laudantur ventri admota. Conſilium hoc in ægro quopiam male ceſſit. *Tom. XI. pag.* 186. In Peſte metuentes Medici mortem a venæ ſectione, *Cucurbitas ſcarificatas* admiſerunt, laudarunt, & a morte ereptos plures ſalutarunt. *Tom. XIV. Sect. II. cap.* 7. Diſcuſſio de iisdem. *ibid.*

Cupreum vas, in quo Muria pernoctaverat, an piſciculos, in hac muria poſtmodum coctos, reddere venenatos potuit? *Tom. III. pag.* 86.

Cutanei morbi an aliquam inter ſeſe affinitatem agnoſcant, eo quod poſt neglectam Peripneumoniam Scarlatina primum prodiret, ad hancque Morbilli ſe jungerent, ad Morbillos Variolæ, ac

tandem cunctis ſuperadderentur Petechiæ eidem puellæ. *Tom. II. pag.* 104.

Cyprianus (Abraham) laudatur occaſione morborum *Tubæ Fallopianæ*, nec non occaſione deprehenſi in eadem, exemtique, foetus. *Tom. VI. pag.* 42.

Cyſticus hydrops. } vid. Hydrops.
Cyſticus tumor. }

D.

Daemoniacos quosdam fuiſſe, & eſſe, certiores nos & ſacri Codices, & Eccleſiaſtica Hiſtoria, & Ritus Eccleſiæ faciunt : an vero, qui huiuscemodi eſſe perhibentur, tales revera ſint, cautiſſimo examine inveſtigandum eſt ob fucum hominum. Vide Exempla huius in *Epilepſia ficta*.

De Daemoniacis nimia credulitas eſt. Dæmoniaca habita ab annis 18. tandem de fraude convicta. Miræ & horrendæ eius convulſiones, geſticulationes, Artificia. Quomodo hæc detecta. *Tom. XV. Cap. IV. §.* I. II. Hiſtoria per omnia notabilis ex *Thuano*, & *Mezeræo*, Daemoniacæ, *Marthæ Proſſeriæ*, notatu ideo digna, quod omnia artificia vafrorum hominum exponat; ſententias tam eorum, qui vere, quam illorum qui ficte, poſſeſſam eam a Diabolo exiſtimarent, una cum utrorumque argumentis, referat; artesque varias fucum inter veritatemque interſtinguendi tradat. *ibid. §.* III. Signa enumerantur, quibus hominem vere a Diabolo poſſeſſum eſſe, cognoſci poſſe Autores ſcribunt. Applicatio horum ad *Gallicam Martham*, & ad *Mariam Annam Au-*

ſtria-

ſtriacam. §. *IV.* Methodus multiplex revelandi Vaframentum. Quædam de Pulſu vix mutato, vix mutata Reſpiratione eorum, qui aut Dæmonem, aut Morbos naturales, fingunt. §. *V.* Principia Doctrinæ Chriſtianæ de dicta ita Dæmonum poſſeſſione. Non Eccleſiaſticorum duntaxat, ſed & Magiſtratuum, Medicorumque eſt, in fucum inquirere; tantoque magis hoc poſteriorum eſt, quo priorum maior aut credulitas, aut negligentia. Animadverſio in eos, qui omne id, quod Dæmoniacorum nomine & hodie, & ſæculis remotioribus, & quoque in ſacris, recenſetur, ad morbos naturales referendum eſſe cenſent: nec non in illos, qui, quod olim Dæmonum frequens poſſeſſio eſſet, eandem & noſtris frequentem eſſe temporibus oportere autumant. §. *VI.*

Dampier itinerator per ſingulas notas Regiones utriusque *Indiæ*, vir doctus, & ad omnia attentus, laudatur propter judicioſas ſuas de Scorbuti origine, ſymtomatibus, & cura, obſervationes. *Tom. VIII. p.* 221. *&c.*

Deckers (Fredericus) in Iſchiadico morbo uſtionem ad os usque promovit. *Tom. IV. pag.* 151. In pertinacioribus Capitis, Oculorum morbis, & in Idiopathica Epilepſia, uſſit Cranium ad primam eius Laminam usque, quod cum inſtabile levamen ederet, iterato inuſſit ad Diploen usque, unde oſſis rotunda magnaque ſeparata portio fuit; pluresque ſic curatos vidiſſe affirmat. *Tom. VI. pag.* 250.

Decuſſatio fibrarum medulloſarum, ut cauſa cur una affecta cerebri plaga, oppoſitum latus paralyticum fiat, in pluribus locis demonſtratur, in omnibus neutiquam. Vid. *Paralyſis, Hippo-*

crates, *Hildanus*, *Poupartius*, *Petitus*, *Valſalva*, *Sanctorius*, huic decuſſioni, ejusque effectui enarrato, favent. Addenda his eſt Acad. Reg. Scient. Pariſ. 1742. in Hiſt. *Tom. IV. a pag.* 194. *ad* 200.

Deglutitio poſt perditam Uvulam peſſima, ſic ut deglutienda naribus exprimerentur, perfectiſſime curata fuit, uvula deficiente tamen perpetuo. *Tom. II. a pag.* 98. *ad* 102.

Van Delli Profeſſor *Luſitanus* laudatur de editis ſuper irritabilitate & ſenſibilitate partium in Corpore humano experimentis. *Tom. X. pag.* 289.

Derham bene de Aëre diſſeruit, deque eiusdem cum utilibus, tum noxiis proprietatibus, experimentis rem vere determinantibus egit. *Tom. XIII. pag.* 27. *&c.*

Deus. non ſunt ejus opera aut metienda, aut exponenda, juxta leges, de quarum certitudine inter principes Viros adhuc ambigitur, diſputaturque. Res naturales diſcimus obſervatis; omnia vero, quæ ad easdem pertinent, ſæpe non datur obſervari. Attamen concludere ſolemus, explicareque eas, dum interea ſi ex neceſſariis obſervatis vel unicum nos latet, falſa tota eſſe explicatio poteſt. Ut in Medicina, ita in Rebus phyſicis compluribus, cauſæ nos latent multiplices, ob idque noſtras & explicationes, & concluſiones neceſſario falſas multoties eſſe conſequitur. Pro Exemplo Aeſtus marinus ponitur, in quo explicando, omiſſis hic cum *Ariſtotele* antiquioribus Philoſophis, toto coelo diſcrepant *Newton*, *Bernouilli*, *Euler*, graviſſimus Phyſices triumviratus. In Metaphyſicis ferme per 6000. annos fruſtra penitus contendimus mortales mutuum animi corporis-

porisque inter ſe explicare commercium, & neque vel hilum præ priſcis poſteriores profecimus. Deberemus primo perfectius quid corpus ſit noſſe, quidque ſit Anima: de hac autem nihil, de illo obſcure quid novimus. Probatur ex variis textibus *Salomonis*. Laudatur hunc in finem Eminentiſſimi Cardinalis de Polignac *Anti-Lucretius. Tom. II. a pag.* 139. *ad* 145.

Deus veras primasque rerum cauſas nos latere ſapientiſſime voluit, eo quod nos non intereſſet harum notitiei. *ibid. pag.* 143.

Cum originem motus cordis, ipſumque ejus modum, motusque incrementi cauſas, non exacte per omnia ſic noſcamus, ut ſingula phænomena dilucide exponamus, velimus, nolimus, fateamur neceſſe eſt, DEUM SOLUM ESSE SCRUTATOREM CORDIS, æque phyſico, quam morali in ſenſu; quem ad modum ILLE toties ſe hoc nomine in ſcripturis ſacris prodit. *ibid. pag.* 69. Quo intellectui humano hæc obſcuriora apparent, eo magis illum ad ILLIUS majeſtatem, potentiam, ſapientiamque venerandam adigunt. *ibid.* DEI ſapientia eſt incomprehenſibilis nobis in eo, quod anima noſtra non modo cum corpore unita ſuo, ab eoque affecta, & cum eodem coagens, verùm citra vel minimum cum eo commercium affici poſſit ſic, ac ſi hoc commercium completum adeſſet. *ibid. pag.* 171. 172.

In explicatione dicti ſic in Arte *Calidi innati* Medici 20. ſæculorum ſpatio nihil omnino profecerunt, quia hoc inter ea Opera DEI eſt, quorum rationem nunquam inventuros Mortales eſſe *Salomon Eccleſ. Cap.* 8. nos monuerat. *Tom. III. pag.* 141.

Phyſiologicum examen omne deficit, ubi deventum ad eas Leges eſt, quas infinitæ ſapientiæ DEUS condidit ad mutuum Animæ cum corpore

g 3 com-

commercium. Id in eo duntaxat novimus, quod ad hoc commercium ſanæ valenteſque requirantur corporis partes; ſed quo pacto cum hiſce hoc agatur perſtetque commercium ingenio neutiquam aſſequimur. Pulcerrima hac de re cecinit in ſuo *Antilucretio Polignacus*, complexus eleganter id totum, quod de univerſa hac re aut vere ſcimus, aut penitus ignoramus. *Tom. IV. pag.* 91. *&c.*

Non cæco materiæ, caſu in motum actæ, impetu genitæ ſunt ultra 2000. vegetabilium ſpecies, ſed infinita potentia, ſapientia, providentiaque ILLIUS, *qui omnia in menſura, numero, & pondere diſpoſuit;* & qui, quæ in Creatione fecerat, *ea omnia valde bona eſſe vidit.* Adeoque licet complurium vegetabilium vires nos lateant huc usque, fateamur tamen oportet INFINITAM SAPIENTIAM infinitas habuiſſe in generandis perpetuandisque iisdem rationes, quarum nonnullas demonſtratione effectuque novimus, alias pia reverentique audacia conjectamus, plurimas impenetrabili nube obvolutas, proſtrati adoramus. Recenſentur rationes aliquot utilitatis tam innumerorum vegetabilium. *Tom. IV. a pag.* 223. *ad* 231.

Pathologia de multa ejusdem certitudine magni facienda eſt; in pluribus tamen ejus curtam admodum ſuppellectilem eſſe fateri oportet: quia non niſi unico modo vitam humanam poteſt contemplari, dum interea eam DEUS poſſit infinitis condere & conſervare modis. Exempla horum. *Tom. VI. pag.* 98. *&c.* Contra Leges nobis notas DEUS vitam prolongavit hominis. *Tom. II. Cap. VIII.* Feminæ *Tom. VI. pag.* 110. Viri *ibid. p.* 113. Pueri. *ibid. pag.* 262 & Juvenculæ *ibid. pag.* 272.

Reverendus *Pluſch* laudatur, ut qui infinitam DEI ſapientiam decenter in eo extulit, quod cum hominem ad ſublimia & excelſa, in hac etiam

mortali

mortali vita contemplanda, tum ad labores, deſtinaſſet, totum Chylopoieſeos, & Haematopoiſeos negotium clam ipſo perfici voluerit; ſic quidem ut ſummus Anatomicus, & rudis Arator, æque ignorent, quem mirandum in modum Chylus, Sanguis, Serum, Lympha, & qui porro dentur ſubtiliores liquores, in ſe conficiantur; quodque in functione quoque animali idem ſic ſtatuerit, ut homo ab Anatomes, Phyſiologiæ, ac Pathologiæ ſcientia laudatiſſimus, non penitius eum in modum introſpiciat, quo & cantet, & digitis artificioſis inſtrumenta moduletur, & fulminea celeritate millena in ſe organa ad mentis imperium moveat, milliesque mutet, quam puer imberbis, quem aut voce, aut muſicis organis modulari docet: id novit tantum, ſe modo incomprehenſibili ab OMNIPOTENTE ARTIFICE ſic fabrefactum eſſe. *Tom. VIII. a pag.* 142. *ad pag.* 157. Ut Phyſica, ſic Medicina, ea veterum Philoſophorum Medicorumque amplior, ſplendidior, certiorque, longe veriora de natura rerum, quam veteres, commentatur; utraque tamen, Medicinaque magis, poſt exantlatos immenſos labores, cogitur ſuam fateri in cauſis rerum primis ignorantiam; quia videtur id voluiſſe DEUS, ut ſine earundem notitie, utpote ipſi non neceſſaria, ea duntaxat, quæ per obſervationem accuratam perpetuamque didiciſſet, in uſum ſolatiumque mortalium, magis extenderet magisque. *Tom. VIII. a pag.* 157. *ad* 160.

DEUS ſenſu morali, ac litterali, non ſolum Cordium, ſed & Renum, Viſcerumque, Scrutator eſt. *ibid. pag.* 159.

Diaeta ægrorum acutorum Hippocratica, experientia comprobatur præſtantiſſima eſſe, eo quod interea dum nutrit, ſpiſſos humores diluat, eo-

rumque imminuat motum, ac vias expediat omnes. *Tom. I. pag.* 14. Diæta hæc Alcaleſcentia non admittit, adeoque nec carnium jura, niſi carnivora Natio, earumque jure quotidie uſa, ejusdem defectu langueat. Conceditur id tunc, cum acidis, & aceſcentibus temperatum; idque minime meracum, ſed tenue, adeoque magis aceſcens vi adjectorum, quam carnium ratione alcaleſcens. *ibid. pag.* 15. Impeditque ne hæc unquam in putredinem tendant, Aqua aut cum Hordeo, aut cum Avena, cocta, & melle vel oxymelle, miſta; qua ægri noſtri copia duarum, trium, pluriumque Menſurarum, ſeu inſtinctu proprio, ſeu monitu noſtro, ſingulo 24. horarum ſpatio utuntur. *ibid. pag.* 16. *&c.* Præſtantia hujus Diætæ, medicamentoſæ haud minus, quam alimentoſæ. vid. *Aqua.*

Diaeta tenuiſſima febres, easque potiſſimum intermittentes, curare pluribus Medicis animus fuit. Expenduntur horum ſententiæ, & quid in hiſce quod vel damnes, vel probes, ex *Hippocratis* Artisque legibus, tandem determinatur. *Tom. XI. pag.* 40. *&c.*

Diagnoſis morborum ſæpe fallaciſſima, quando ex affecto loco unice formatur; ſiquidem viſcera, ſæpe mole, ſæpius ſitu aliena, fallant vehementer, eorumque plura ſedem pene eandem occupent. *Tomis fere ſingulis, ac præſertim Tom. XIV. Cap.* 2.

Diaphragma dire inflammatum in cadavere Paraphrenitici. *Tom. I. pag.* 115. In altum ſæpe ſic vehitur, ut cordis Pulmonumque actio perturbetur, ac fere ſuffocetur. vide *Anatome Hydropicorum, Tympaniticorum, Iliacorum.* Inflammatur ſæpe. Vid. in omnibus Tomis, maxime XIV. XV.

Diarrhœæ, & Dyſenteriæ cura, in cauſa laxitatis per *Lyſimachiam* felix. *Tom. III. pag.* 195. *Diarrhœa* vel Dyſenteria colliquans, curata, potu lactis cum Animalis Omento cocti. *Tom. XII. pag.* 253. Diarrhœa, Dyſenteria, Vomitus, in febribus malignis annorum 1756. 1757. fuere pluribus letales, quibus aut Emetica dabantur, aut Purgantia; quibus poſtmodum Oleoſa, Mucilaginoſa, atque Opiata porrigebantur, his rediit ſalus. *Tom. II. pag.* 3. *&c.* Haud eſſe legem perpetuam, ut ſtimulans ſtimulante evacuetur, imo in Acutis raram, ſed ſtimulum crebro involvendum eſſe, minuendamque Nervorum ſenſibilitatem, hoc mutato illis annis curandi Methodus, hoc altero Sydenhami mos Choleram curandi, abunde confirmarunt. *ibid.* Hoc eodem modo *Dyſenteriæ* cum Vomitu malignæ curabantur. *Tom. III. a pag.* 85. *ad* 93.

Diemerbroeck Variolas & Morbillos eodem tempore, eodem in corpore vidit. *Tom. II. pag.* 116. vidit adultorum Pulmonem morboſum in Aquam ſubſediſſe. *ibid. pag.* 148. Planxit Medicinæ ſortem propter Emetica in morbis malignis dari cepta a Medicis, qui receſſerant a Medicina maſcula Priſcorum. *Tom. III. pag.* 9. Propoſitam a *Morando* Ovarii morboſi extirpationem *Diemerbroeckius* in anteceſſum damnavit. *Tom. IV. pag.* 103. *&* 104. Bilem candidam invenit in Hydropicis, aliisque morbis lentis. *ibid. pag.* 119. Ejus manes vindicantur contra *Pringleum* in Petechiarum ad usque Perioſteum ſede vindicanda. *Tom. X. pag.* 228. Ejusdem de Peſte Definitio nihil juvat, ad Peſtem dum incipit rite determinandam. *Tom. XIV. pag.* 285. Sudorem in peſte promovit & damnavit. *ibid.* 350. Venæ ſectionem in peſte damnavit. *ibid. pag.* 271. *ad* 273.

g 5 Fon-

Fonticulos in peſte laudavit. *pag.* 396. Laudavit Acetum ad ſudorem in Peſte eliciendum. *p.* 403. Peſtiferorum exempla refert, ex quibus poſſe confici videtur, quod Peſtis ſponte in corpore humano exoriri poſſit. *ibid. pag.* 417. Audaciſſimi ac Peſtem provocantis hominis meminit, Peſte tandem abrepti. *ibid. pag.* 421. Similem tradidit Pharmacopaei hiſtoriam. Tandem hiſtoriam refert IV. Franciſcanorum, qui Peſte affecti chriſtianiſſime morerentur, & Jeſuitæ, qui minime. *ibid. pag.* 424. &c.

Dioſcorides laudatur in uſu Clyſmatum acrium in Iſchiadico dolore. *Tom. IV. pag.* 154. In deſcriptione Herbæ *Mercurialis*, qua, ceu blando purgante remedio, utebatur *Hippocrates. Tom. XII. pag.* 199. Agarici vires extulit in Pectoris Morbis, morbisque Ventriculi. *ibid. pag.* 251.

Dodoneus laudatur in deſcriptione *Lyſimachiæ.* vid. *Lyſimachia* & Diarrhœa. In viribus Agarici. vid. *Agaricus.* In Pectoris Morbis; & in Definitione Tympaniæ. *Tom. II. p.* 75.

Van Doeveren, Leydenſis Profeſſor, laudatur experimentis ſuis ſuper Irritabilitate, & Senſibilitate partium editis. *Tom. X. pag.* 289.

Dracon *Hippocratis* filius, cum fratre *Theſſalo*, & Affini *Polybio*, conſervavit nobis multa Patris præcepta, quæ propterea eis, quæ ipſe Pater conſcripſit, autoritate proxima ſunt. *Tom. IV. pag.* 74.

Drebbelius arcana prorſum phyſica novit hominibus XII. ſub aqua demerſis in nave, & macte remigantibus, reſpirationem probe conſervare; damnabilis homo, quod arcanum hoc humano

mano generi futurum utiliſſimum, neque confidere cuiquam Mortalium, neque teſtamento ſaltem generi ſuo, Medico, relinquere voluerit. *Tom. XIII. pag.* 53.

Drelincurtius, vix febricitantes homines vidit in variolis. *Tom. II. pag.* 28. Suaſit variolarum perſciſſionem. *ibid. pag.* 61.

Dringbergii laudatur Epiſtola ad *A. Caau Boerhaave*, qua ſuum ipſius gravem diuturnumque Pulmonis Polypum, quotidie excretum, cum valetudine integra ſubſequente, memoriæ prodidit. *Tom II. pag.* 129.

Duretus (Ludovicus) Tympaniam recte definiit. *Tom. II. pag.* 77. Verum ſenſum intellexit, ſecutusque fuit, *Hippocratis*, circa materiem vere turgentem in Acutis. *Tom. III. pag.* 8. Bene intellexit *Hippocratem* de *Arteriis aortis* agendo, duos ramos, in quos Trachæa ſe dividit, indicantem. *Tom. III. pag.* 99. Cauterium commendat in pertinaci capitis morbo. *Tom. VI. pag.* 247. Urinam nigram appellavit peſtiferam. *Tom. VIII. pag.* 34. Hanc tamen minus pernicioſam cum Galeno credit, ſi ab Atra bile eſſet talis. *ibid. pag.* 41. *Hippocratis* Aphoriſmum 7—54. graviſſimum cenſet eſſe ſuper urinarum materie, ſuperque criſi per eandem & ſuſcepta, & edita. *ibid. pag.* 68. Laudatur de *Tetano* ſcribens. *Tom. X. pag.* 133. In eoque caſtoreum commendat. *ibid. pag.* 154. Explicuit genitalem dictam *Hippocrati* urinam. *ibid. pag.* 189. Longam fecit eruditamque Peſtis deſcriptionem, eamque ſingulari modo diviſit in Febrim peſtilentem, & peſtiferam. *Tom. XIV. a pag.* 265. *ad* 267.

Duretus hujus filius, magnæ quoque famæ vir, Reginæ Galliæ mortem ex Peſte prædixiſſe perhibetur, quæ neque Peſte laborabat, neque mortua eſt niſi exactis poſtmodum 47. annis. *Tom XIV. pag.* 238.

Dyſenteria. vid. *Diarrhoea.*

E.

Edimburgenſis Academia. vid. *Academia.*

Electrica vis in Noſocomio practico ſpatio IX. menſium ex XXIV. hominibus IX. reſtituit, quorum reſtitutorum quatuor paralytici erant, quatuor *Choream ſancti Viti* patiebantur, & una corporis tremore univerſi laborabat: Septem non perſeverarunt, quod vel parum admodum, vel nihil lucrarentur: reliqui licet perſeverantes, manſere incurabiles. *Tom. I. pag.* 146. Virtus electrica inutilis in pluribus, uni, alterique, qui recreationis gratia, ſemi anni & ultra ſpatio, quotidie ad Machinam noſtram ſe præſtiterunt, multum tandem auxilii tulit: nonnulli annoſiore Paralyſi laborantes, ſublevati plus minus fuerunt; alii etiam in Paralyſi recenti; alii plus uno menſe, quam plures ne poſt multos quidem menſes, emendabantur; multi denique pro parte duntaxat. Nemini autem nocuit; deſiſtebatur enim mox, dum minus convenire cuiquam videbatur; ſiccatis concretisque inter ſe paralyticis partibus nihil prodeſt. *Tom. II. cap.* 13.

Electrina vis ad corpora admota, habuit ſecum juncta multa externa internaque auxilia. *Tom. II. pag.* 218. Enumeratio caſuum, quibus, & quo-

modo *vis Electræa* aut profuerit, aut non profuerit. *Tom. III. pag.* 200. Curavit decem deauratores. *ibid. pag.* 202. Curavit *Choream ſancti Viti* in duabus Puellis; ipſusque hic morbus hucusque curatus ea fuit. *ibid. pag.* 214. Plures Paralyſes, a variis internis externisque obortas cauſis, aut multum emendavit, aut integre curavit. *ibid. toto Cap. VI.* Nocuit Paralytico, valde Scorbutico; ut ab ejusdem applicatione deſiſtendum fuerit: id vero num ſemper? An ob peculiarem idioſyncraſiam duntaxat? *ibid. pag.* 216. Adhibita vi electrica menſes binis feminis prodiere copioſiores. An & proforet hiſce, quæ pati menſes moleſtos dolentesque ſolent? *ibid. pag.* 102. Profuit paralyſi ex Arthritide nata. Tulit eam commode Arthriticus. *ibid. pag.* 121. Viſum reſtituit, cui Muſcæ, Stellæque, continuo obſervabantur, una cum ſolventibus, nervinis, reſtaurantibusque remediis. *ibid. pag.* 221. Profuit Paralyſi ex Apoplexia natæ. *ibid. pag.* 222. Vis electrica in Paralyſi ex Apoplexia genita, ſex hebdomadarum ſpatio fruſtra, imo nonnullo cum mali augmento admota, ſubito tandem, ac mirifice juvit. *ibid. pag.* 224. Viro paralytico ſaluberrima fuit, quem præterea copioſa violentaque puris per nares & pectus vexabat excretio. Num curatus a Brachiorum Paralyſi vi quidem electrica, juvantibus tamen una multis, quæ Pectori dicabantur, remediis? An forſitan plus in vomica pulmonis, pondere copiaque ſua, Nervos intercoſtales, Brachialibus nervis acceſſuros premendo, Paralyſeos Brachii in cauſa fuit, eaque evacuata libertatem Nervis reliquerit agendi, ut quidem hoc ipſo Tomo *a pag.* 100. *ad* 107. probatum exemplis fuit. *ibid. pag.* 225. Laudata fuit ad guttam ſerenam curandam *Electricitas*;

feſellit

feſellit apud nos exemplum. *ibid. pag.* 227. Quinque homines & a Paralyſi & a Tremore curati Electricitate fuerunt. *Tom. IV. pag.* 241. *&c.* Laudata ad Scrofulos, Strumasque curandas, nihil iis apud nos fecit. *Tom. IV. pag.* 248. *&c.* *Electricitas* in naſum determinata, ſternutationem facit, pituitoſamque Apoplexiam ſolvit. *Tom. IV. pag.* 249. Solam faciem occupantem convulſionem ac Paralyſin raro ſanat. *ibid. pag.* 251. *&c.*

Electricam vim, hic ineptam, ſequitur cyſticus in vultu tumor; qui apertus, integram ſecum duxit ſalutem. *ibid. pag.* 252. Plures a Colicæ Pictonum paralyſi per *Electricitatem*, quam citra eandem, percurantur. Plures cum aptis aliis auxiliis, Electricitati junctis, reſtituuntur, quam *Electricitate* ſola. Plures tamen neutro juvantur. Si ab Electricitate violentiore unus alterve periiſſe legatur, non magis illi præjudicat hoc infortunium, quam Purgationi, doſi temporeque congruo datæ, præjudicat forte nimium purgans. Tandem ſi quis poſt admotam vim Electricitatis moderatam moreretur, non magis præjudicaret illi, quam feſtina mors, conſecuta poſt purgans moderatum, ſanguinisque miſſionem, his duobus præſtantiſſimis Artis auxiliis præjudicaret. Non eſt in Medico ſemper relevetur ut æger. *Tom. X. pag.* 107.

Electricitas conſueta, major & maxima adhibita fuit experiundi gratia an ſuffocata ſub undis animalia in vitam revocari poſſent, ſed incaſſum, etiam repetito pluries experimento. *Tom. XIII.* & *Rat. med. continuatæ Tom. I. Cap. de Submerſis.*

Elementa fibræ animalis non aëre ſolo, ſed aëre & glutine adunantur. *Tom. XIII. a pag.* 98. *ad* 107.

Elixir Vitriolicum duplex, alterum Pharmacopeæ *Vienneņſis*, alterum *Londinenſis*. *Viennenſe* calidius eſt; *Londinenſe* a ſuperante olei vitrioli copia frigidius. Laudatur in Morbis pectoris, etiam purulentis. *Tom. XII. pag.* 239. Difficultates contra illius uſum motæ, reſolvuntur. *ibid.* 241. Uſus præſtantiſſimus ejus multis exemplis conſtat. *ibid. a pag.* 244. *ad* 251.

Emetica tractantur. His curam inchoare in Acutis conſuetudinis quidem multis in Regionibus eſt, ac dicitur autoritate *Hippocratis*, experientiaque fulciri; at vero qui contrariæ ſententiæ exiſtunt, veriore *Hippocratis* autoritate, univerſalioreque experientia nituntur. Sine Emeticis, quam cum hiſce, fortunatior eſt cura Acutorum. Nec rationi minus, quam experientiæ, repugnat hæc multorum Methodus. Intraque Limites oppido arctas ab *Hippocrate* coercetur eorundem dandorum neceſſitas, ut hæc exiſtat fere nunquam. Confirmatur propria praxi Autoris. Nec *Viennæ* prætenſis climatis cauſa magis quam alibi indicantur, cum vomendi, ſi qui adſunt, conatus, Diæta & Regimine *Hippocraticis* ſponte fatiſcant. *Tom. I. a pag.* 22. *ad* 28. vid. *Diæta*.

Emetica 1*mo* damnavit in Acutorum initio *Hippocrates*. 2*do*. Damnavere *Galenus*, *Aretæus*, *Cælius Aurelianus*. 3*tio*. Damnaverunt *Mercatus*, *Platerus*, *Lommius*, *Foreſtus*, *Marcquardus*, *Sennertus*, *Hollerius*, *Duretus*, *Riverius*, *Sorbait*, *Diemerbroeck*, *Bevilaqua*, *Loewius*, *Hoyer*, *Genſa*, *Cocchius*, *Lanciſius*, *Conſilium ſanitatis Auſtriacum*, *Ill. Macneven*. *Tom. III. initio I. Capitis*. Cauſa quæritur, cur Anglorum, Gallorum, Germanorumque, ſic ordinata Medicina ſit, ut in Acutis *Emetica* dent, iterentque? invenitur hæc eſſe, quod *Emetica*,

in

in nonnullis Epidemicis peculiariter indicata, proficue dederint, ceſſantibus vero iisdem, Emetica dare perperam continuaverint, minime effati *Hippocratis* memores, mutatis in conſuetos morbis conſuetam revocandam eſſe methodum medendi. Cauſa alia fuit inſignis eorundem error in vero ſenſu τῶ ὀργῶν *Hippocratis. Tom. III. a pag.* 1. *ad* 24.

Emetica in *Colica Pictonum* quosdam curant, quosdam palliant, plures lædunt. *Tom. III. a p.* 76. *ad* 84. Ratio hujus. *ibid.*

Emetica quanta mala in Morbis capitis facere queant, Sectionibus Anatomicis demonſtratur. *Tom. IV. pag.* 179.

Emeticis curata fuit Epilepſia terribilis. *Tom. V. pag.* 118. *Emetica* proſunt in febribus intermittentibus triplici de cauſa; damnandi nihilominus illi, qui, nulla harum cauſarum exiſtente, *emetica* ex mera conſuetudine in plerisque Intermittentibus porrigant. *Tom. XI. pag.* 45.

Emetica, cum medicamentis aliis intempeſtivis, Naturam in Acutis ita turbant, ut morboſam materiem nunquam maturare, nunquam movere, expellereque, commode poſſit. *Tom. XII. pag.* 207. *&c.*

Quamvis *Emetica* & Purgantia in Acutorum cruditate noxia ſint, caſus nihilominus dantur, in quorum ipſa indicantur cruditate. Vide *Purgantia.*

Emetica male præſcribuntur in Peſte. Vid. *Peſtis.*

Emollientia, & involventia, optimum effectum præſtant interna, externaque, in Colica Pictonum, in Morbis malignis, etiam in Febribus pertinacioribus, necdum malignis, & maxime in Venenis aſſumtis, magisque adhuc proficua

cua, ſi prudens opii uſus adjungitur. *Tom. III. pag.* 84. *ad* 98.

Endemium malum eſt utcumque in *Auſtria*, multum in *Styria*, magis in *Carinthia*, & omnium maxime in *Tyrolis* confini *Helvetiæ* parte, &c. ut Glandula Thyroidea, Parotides, cæteræque colli Adenes, intumeſcant ſæpe vehementer, ac non raro reddantur malignæ. *Tom. I. pag.* 143. Plura de hiſce vide ad *Tumores*.

Epidermidis univerſo de corpore ſeceſſus, ſumto copioſe Arſenico, ſalva vita. *Tom. IX. pag.* 251.

Epilepſia vel integre curabilis eſt, vel ita ſæpe ſopiri poteſt, ut procatarctica cauſa ſublata, ſileat penitus proegumena. Intereſt ergo bene procatarcticam noſſe. Mulieris hiſtoria, cujus frequentiſſimæ graviſſimæque Epilepſiæ cauſa procatarctica ablata, decennio ſiluit morbus. *Tom. V. pag.* 118.

Haud ſemper tamen, penituſque deſperandum eſt, dum nulla indagari procatarctica poteſt. Stitit hoc in caſu morbum aliquando Poeonia, aut Viſcus quercinum, Valerianave Sylveſtris: exemplum in poſterioris laudem. *ibid. pag.* 120.

Epilepſia deſperata & horrenda, tentatis fruſtra quam plurimis, tandem ſiluit poſtquam Opium ante paroxyſmum Nervos reddidiſſet inſenſiles. Cauſa proegumena inventa in ejusdem hominis, alio morbi extincti, cadavere. *ibid. a pag.* 122. *ad* 128. Epilepſiæ curatæ ſuperſtites admonitiones quomodo curatæ fuerint. *ibid. pag.* 119.

Epilepſia ficta. Cauſæ cur eam fingant homines vaferrimi. Exempla hujus tria obſervata in Noſocomio practico, fraudisque convicta. Varia

eam detegendi artificia. Quandoque ignis admotio, imo aduſtio, ceteris artificiis potentior deprehenſa fuit, quamvis & hanc vaferrima juvencula plane eluſerit. Virtus admoti induſtrie callideque ignis Mendicum protinus curavit. *Ibid. a pag.* 128. *ad* 136.

Epilepſia ficta Dæmoni adſcripta, etiam prudenter a Medicis examinanda eſt. Licet enim ex S S. Litteris, atque ex genuina Hiſtoria Eccleſiaſtica, autenticisque Sanctorum vitis, nec non ex Eccleſiæ precibus, convicti, certique, ſciamus Epilepſiæ ac Convulſionibus conſimiles morbos in corpore humano Diabolo autore fieri, fraudulentia tamen perditorum hominum cautos nos eſſe jubet, ne figmentis decipiamur. Methodus hanc diſcriminandi ab experientia laudata, frequentique Noſocomii exemplo confirmata. *ibid. pag.* 136. *&c. & Tom. XV. toto Cap. IV.*

Erndl (Leopoldus) Præſtantiſſimus apud *Viennenſes* Medicus copiam Autori fecit cadaveris, in quo ſtupenda Introſuſceptio Inteſtini deprehenſa fuit. *Tom. I. pag.* 132. Laudatur in cura Variolarum. *Tom. II. pag.* 106. Et in cura Dyſenteriæ. *Tom. III. pag.* 92. Cum illuſtriſſimo Præſide *Van Swieten* curavit quondam a Tetano Autorem. *Tom. X. pag.* 91. Mirifice ſuam XV. annorum Cardialgiam incurabilem palliavit. Cauſa hujus Cardialgiæ invincibilis in ejus cadavere detecta. *Tom. VI. pag.* 19.

Errores proprios fateri oportet Medicos, quanquam in errore multa ſuffultos ſcriptorum autoritate. Et ſuos faſſus eſt *Hippocrates* errores. Neque honeſtas candorque ſolus ad hoc nos obligat, verum etiam conſcientia; ut exemplo noſtri moniti alii non cadant in eosdem errores. *Tom.*

Tom. VI. Tom. 6. Capite. Tom. IX. pag. 258. Alius, isque duplex, error Autoris. *Tom. IX. pag.* 260. *& pag.* 301. Errores Autoris in quæſtione num in Submerſorum Pulmones, Ventriculumque, intret aqua. *Tom. XIII. & Rat. Med. continuatæ Tom. I. Cap. de Submer.*

Ethmuller Variolas & Morbillos eodem tempore, eodemque in homine, vidit. *Tom. II. pag.* 115.

Excoriatio in diram gangrænam ac ſpacelum frequenter ſe convertens, haud raro noſtro neglectu in Acutis longis morbis contingit, ſive a ſolo aliquot dierum eandem in plagam decubitu, ſive ab urinis fecibusque, quibus conſpurcant ſeſe. Facilis priores certo, poſteriores ſæpe, præſervandi ab excoriatione Methodus. *Tom. VII. pag.* 15.

F.

Fatum ſenile fruſtra quæſitum in Cadavere feminæ 102. annorum. *Vid. Anat. XXVIII.*

Febris acuta benigna & maligna. *Vid. Morb. acut. benig. mal.*

Febris, in qua multa ab initio eſt virium dejectio, hanc habet vel a nimia ſive repletione, ſive rarefactione, vel ab humorum penuria. Probatur ex *Boerhaavio* primum; dein evidentius ex *Hippocrate*, in deſcriptione Morbi acuti, quem *Aphoniam* appellitat: Morbum hunc diſerte ait naſci a ſanguineorum Vaſorum interceptione, & a vaſis turgentibus, ut interjectos Nervos comprimant. In hac ſimulata debilitate Venam tun-

di *Hippocrates* jubet, quemadmodum ejusdem textus Commentator *Galenus*, tum & *Aretæus*, *Trallianus*, *Oribaſius*, *Riolanus*, *Sydenham*, & *Medici Vratislavienſes*. Signa *Hippocratis* veram debilitatem a ſimulata diſcriminandi. *Tom. III, a pag.* 25. *ad* 34.

Febris hemitritæa anni 1764. Corticem peruvianum cito poſcebat, malignitate ceterum ac morte ſubſequentibus: intercurrebat vero ejusmodi ſpecies, in qua Cortex eam non tollebat, ſed prolapſas erigendo vires ad Coctionem, Criſinque variam, adaptabat. *Tom. IX. a pag.* 234. *ad* 239.

Omnis hemitritæa febris, ipſaque *Ardens*, dum *Hippocraticæ* methodo non cedentes, malignitatem minantur, *Mortoni*, *Sydenhami*, *Torti*, *Pringlei*, *Huxhami*, *Lauteri*, *Haſenöhrlii*, ſeu *Laguſii*, experientia Corticem peruvianum abſolute poſcunt. *Tom. IX. pag.* 139.

Febris INTERMITTENS, mutabilis, pertinax, obſtruens, non protinus ſiſtenda Cortice eſt, ſed tractanda reſolventibus, hæcque inter ſaturato graminis Decocto; una cum proba ad ſymptomata attentione, ne vel in Colicam Pictonum, vel alios in morbos degeneret. Exemplum hujus cum tumore in Hypochondrio *ſiniſtro*, qui partim Colli tumoribus, partim *Hæmorrhagia naris ſiniſtræ*, partim variis, per varias corporis plagas Furunculis; pervenit ad ſanitatem. *Tom. XI. pag.* 1.

Triplex natura tumorum, quos generat *Intermittens febris*. Prima Criticorum tumorum eſt; altera gravium, ſed non deſperatorum; tertia plane irreſolubilium. *Tom. XI. a pag.* 6. *ad* 10.

Febris intermittens pertinax, typum mire varians, rebellis ad omnia, cum vario viſcerum cum tumore tum dolore, qua demum Methodo cura-

ta

ta ſuerit, enarratur *ibid. a pag.* 10. *ad* 16. Alterum exemplum Criſeos cujusdam per lævæ naris hæmorrhagiam, in Febre & dolore lævi Hypochondrii. *ibid. pag.* 12.

Febris intermittens vario typo variisque horis quarta vice redeuns, cum ſymtomatibus pravis, & icterico colore, quibusnam demum remediis converſa in integram ſanitatem fuerit. Mira quædam circa Corticem Obſervatio. Hacque occaſione Regula illa oſtenditur fallax eſſe, qua ex hora invaſionis primæ febris, genius ejus certo determinentur. *Ibid. pag.* 20. 21. 87. 88.

Ipſaque hæc Febris dedit aptam diſſerendi occaſionem denotata ab *Hippocrate* Criſi infida, ad extrema artuum, nec non varia obſervata de calore humano, minime genito ab attritu. *ibid. a pag.* 16. *ad* 34.

Febris intermittentis cura duplex recenſetur ex *Boerhaavio.* Diæta obſervanda in iis, ex veteribus recentioribusque diſcutitur Scriptoribus, veraque tandem determinatur. *ibid. pag.* 40. *&c.* An Emetica? Triplicem hæc dandi neceſſitatem agnovit Medica ſchola: cur non ſequendi illi, qui citra hanc Emetica porrigant. *pag.* 44. Quod de Emeticis, idem de Purgantibus. *pag.* 49. Venæ Sectiones & Hæmorrhoidum apertura, caſu tantummodo profuiſſe videntur. *pag.* 53. Sudatoria quænam, quandonam, quonam tempore, quanamque porrigenda doſi? *pag.* 57. Quædam de *Clyſmate ægyptiaco*, nec non de Raparum Decocto. *pag.* 61. Pulvis *Meadii.* Pulvis Pharmaciæ *Viennenſis.* An hæc omnia referenda ad Methodum excitandi ſudorem? *Ibid.* Frictio, Balneum, Curſus, Remedia calida, ingruente febre exercita aut adhibita, referenda quoque ſunt ad Methodum ſudorum. *ibid. pag.* 62. Sudatoria Methodus, ut his prodeſt, vehementer quoque illis

 nocet.

nocet. *pag.* 64. Arſenicum in hac febre curanda perniacioſiſſimum. *pag.* 65. Expenduntur famoſiora Epicarpia, Epithemata, & Amuleta, ad has febres ſubigendas. *a pag.* 65. *ad* 72. Frictiones ſpinæ vertebrarum vario modo inſtitutæ, uſui quandoque ſunt: an ſpecificæ? an mercuriales? *pag.* 73. *&c.* Laus adſtringentium in *febre intermittente*, *pag.* 78. Cortex peruvianus demum quandonam, & quonam modo, verum eſt in febre hac remedium? Inquiriturque ex multis Practicorum Scriptis quanta doſi, & quamdiu exhibendus ſit hic? Et num ſolus aut cum aliis ſociatur? *pag.* 80. *&c.* An intermittens febris nunquam periculoſa? *pag.* 31. 32. 88, 89.

Febrifugorum famoſiorum uſus recenſitur internus externusque. *a pag.* 40. ad finem capitis.

Fermentatio, & Putrefactio, in Chylopoieſi inchoantur duntaxat. Una eademque Naturæ actio perperam habentur. Ut talem olim cum Artis peſſima confuſione habitam, *Boerhaavius* ſummo molimine ex veris Phyſices, Chemiæ, ac Medicinæ principiis, diſtinctiſſimas evicit eſſe: *Boerhaavium* plurimi primum ſecuti ſunt, deſeruerunt autem iterum *Hales*, *Pringle*, *Macbride &c.* *Tom. XIII. pag.* 96.

Fernelius deſcripſit Opiſtotonum periodicum plurium annorum. *Tom. X. pag.* 141. Peſtem non definiit, ſic vero conſcripſit, ut dum ſigna hæc omnia adſunt, ne plebejus quidem ultra dubitare, quin adſit, poſſit: non docuit quomodo, antequam indubitata ſigna aut omnia, aut præcipua compareant, a Medico cognoſcatur. *Tom. XIV. pag.* 268. Exſibilavit omnia vulgo dicta Prodroma Peſtis. *ibid. pag.* 270.

Fonticuli laudantur in Peſte ab *Hildano*, *Diemerbroeckio*, aliisque. *Tom. XIV. pag.* 394. *&c.*

Foreſtus (Petrus) damnavit Germanos ante duo abhinc ſæcula, quod ægris ſuis aëra calidiorem concilient. *Tom. I. pag.* 157. In Tympaniæ Theoria antiquos ſecutus eſt. *Tom. II. pag.* 77. Tό ὀργᾶν *Hippocratis* bene explicuit. *Tom. III. pag.* 8. Sudatoria Methodo Hydropem letalem vidit. *Tom. XI. pag.* 64. Frictione ſpinæ Dorſi a peſſima quartana curavit ſuum ſenem Avunculum. *ibid. pag.* 73. A febre quartana legitima multos mori *Delphis* vidit. *ibid. pag.* 89. Febris verminoſæ oppoſita plane ſymptomata, diverſumque deſcripſit eventum. *Tom. XIV. pag.* 164. Peſtem diſtinxit in *comitatam* Bubonibus, Anthracibus, Exanthematibus, & in *incomitatam*, quam poſteriorem fatetur etiam a Medicis aliquando non cognoſci. *ibid. pag.* 269.

Foubertus laudatus in Diviſione atque curatione Aneuryſmatis. *Tom. IV. Cap.* 2.

Frictiones laudatæ *Tomis I. II. III. IV. cap. de Electricitate.* In Iſchiadico dolore. *Tom. IV. pag.* 154. In Febribus intermittentibus. *Tom. XI. cap. I.* In extincta fere vita ſuffocatorum &c. *Tom. XIII. cap. de ſubmerſis.*

Fungi Agarici pedis equini facie laus in ſiſtenda Hæmorrhagia. *Tom. IV. cap. II.* Ei tamen non nimis fidendum. *Tom. V. pag.* 209. An pulvis ejus vulneri inſperſus abſorptu noceat? Negatur. *Tom. VII. pag.* 64. *&c.*

G.

Galeni Methodus duros tumores aceti vapore reſolvendi bona eſt, ſed non ſucceſſit ſemper, ut exemplo liquet. *Tom. II. pag.* 187. Optime explicuit veram ſignificationem τοῦ ὀργᾷν *Hippocratis. Tom. III. pag.* 7. Ejus explicatio de calido innato. *Tom. III. pag.* 138. Ejusdem deſcriptio de *Uva Urſina. ibid. pag.* 157. *Galeni* docta interpretatio ſententiæ *Hippocratis* de Majore calido innato puerorum. *Tom. IV. pag.* 215. *&c. Galeni* de utero error, quem eo tenuiorem reddi cenſet, quo fieret expanſior. *Tom. VI. pag.* 24. Perperam negavit poſſe urinam & nigram ſimul eſſe, & tenuem. *Tom. VIII. pag.* 33. Dum ab una parte cum urinis nigris ſervatum quemquam ſe ſalutaſſe neget; a parte altera fatetur ſalutem tribus ægrorum rediiſſe. *ibid. pag.* 37. Statuit urinas nigras vel a ſanguine exuſto per febres, vel ab atra Bile naſci. *pag.* 40. Male explicuit Textum 102. *Prorrheticorum pag.* 51. *Galenum*, Peripneumonicorum pulſum mollem declarantem, refutarunt plurimi auctoritate, experientiaque. *Tom. IX. a pag.* 76. *ad* 86. Laudatur *Galenus* ad omnes *Hippocratis* de Tetano textus. *Tom. X. cap.* 4.

Textum Prorrheticorum *Hippocratis*, cujus in variis Codicibus duplex lectio eſt, modo explicuit utroque. *ibid. pag.* 169. An judicioſe pronunciavit ſic febres intermittentes interſtingui, ut qui ipſa prima invaſionis die, ejusdem determinare ſpeciem neſcit, is Medici nomen non mereatur? *Tom. XI. pag.* 87. *& in pluribus hujus cap. Locis.*

In Pulſuum Doctrina nemo fuſior *Galeno*, nemo ſubtilior, nemo magis arbitrarius, plusque

que fingens, eandemque ob cauſam poſteritati inutilior. Ejus *de pulſibus opera* recenſentur. Animadverſio Viri Illuſtris *Halleri* in *Galeni* de Pulſibus figmenta. *Tom. XII. pag.* 20. *Galenum* ſcriptores plerique cum Græci, tum Latini priorum ſæculorum, Arabesque quoque, in pulſu deſcribendo ſequuti ſunt. *pag.* 23. Pulſum intermittentem cunctorum Pulſuum pernicioſiſſimum appellat; eo in vitæ diſcrimen trahi Juvenes maxime, minus Pueros, omnium minime Senes. *Tom. XII. pag.* 30. *&c* Quæ alibi contraria ſcripſiſſe videtur, ad hunc Textum referri, perque eundem explicari debent. *ibid.* Multa tamen hic conſideranda ſunt ex Multorum obſervatione, ut legitima ſit ſententia *Galeni. ibid. pag.* 31. Vires purgantes Herbæ *Mercurialis* deſcripſit. *pag.* 199. Viperarum curam mirifice effert. *pag.* 229. Deſcripſit *Agarici* vires copia majore purgantes, copia minore Hæmoptoën ſiſtentes, ac ventriculum roborantes. *ibid. pag.* 251. *&c.*

Galenus negavit τὸ Θηρίον *Hippocratis* ſignificare vermes. *Tom. XIV. pag.* 156. Pluribus in locis de Peſte egit, *ibid. pag.* 214. *in Nota marg.* In Bibliotheca *Eſcuriali Arabico* extant *Galeni* Commentarii quinque in *Librum II. Epid. Hipp.* quorum modo primum nos poſſidemus; & Commentarii octo *in VI. Epid.* quorum ſex novimus duntaxat. Fruſtra hucusque allaboratum fuit, ut hæc ſive græce, ſive latine, ex Arabica lingua prodirent. *ibid. pag.* 247. *ad marg.*

Galenus duobus in locis cenſet, etiam extantibus Bubonibus atque Anthracibus, Venam ſecandam eſſe: & in Commentario in *Libr. I. Epid.* ad morbum *Critonis* oſtendit ſe quoque in Peſte tundere venam. *ibid. pag.* 354.

Galliæ laus, in promovendis auxiliis Submermerſorum. *Tom. XV. Cap. I.*

Gangræna interna externaque, imo Gangræna externa ad Perioſteum oſſis femoris usque, curata Cortice peruv. vid. *Peruv. Cort.*
Gangræna ope ejusdem Corticis curata, non ſeparatione, ſed mutatione gangrænoſæ partis in Sanam. *Tom. X. pag.* 233. *&c.* Gangræna in Cadavere inventa, & probabilis morbi cauſa, citra ejus in vita tympaniticæ, hernioſæque feminæ, ſigna. *Tom. XI. pag.* 173. *&c.* *Gangræna* a decubitu ægrorum plerumque neglectu noſtro contingit. Modus præveniendi. vid. *Excoriatio.*

Garengeotte laudatur ob curam Ilei poſt vomitum ſtercoreum. *Tom. II. pag.* 96. Et propter deſcriptionem, curationemque Herniæ Ventriculi. *Tom. VI. pag.* 31.

Gaukes (Yvo) laudavit variolarum in ſuppuratione perſciſſionem. *Tom. II. pag.* 61.

Genſelius bene inſtructus fuit in Quæſtione de dandis vel non dandis emeticis in Morbis acutis. *Tom. III. pag.* 11.

Girardi (Michael) vir laudatiſſimus, jamque in *Parmenſi* Atheneo Profeſſor excellentiſſimus, Tractatum ſcripſit de *Uva Urſi*, *&* *de Virtute Aquæ* calcis in calculoſis. *Tom. X. pag.* 275.

Glandulæ, ut Thymus, Parotis, Collique omnes, endemio *Auſtriæ*, *Styriæ*, *Carinthiæ*, *partisque Tyrolis malo*, tumore duro, ſæpe, ingenti, ſæpe maligno, occupantur. vid. *Tumor.*

Glaſſ (Thomas) laudatus *Commentariis XII. de Febribus ad Hippocratis Diſciplinam accommodatis*; in eo non ſequendus tamen, ubi decantatam a ſe illam *Hippocratis* diſciplinam ad Recentiorum placita detorquet. *Tom. X. ad finem. cap. V.*

Goræus laudatur in Tympanias definitione. *Tom. II. pag.* 75. Peſtis, & Peſtilentialis febris, eadem ipſi res eſt, eamque bene deſcripſit. *Tom. XIV. pag.* 254.

Gorterus, Ruſſicus Archiater, laudatur in Tympanitidis cauſa materiaque deſcribundis. *Tom. II. pag.* 76. In pulſu molli Peripneumonicorum deſcribundo explicandoque ſane cenſuit. *Tom. IX. pàg.* 81.

Gravida matrona, interea dum in febre varioloſa, intermittentem ſuſpectam ſimulante, Corticem Peruvianum bene ſumeret, copioſis quidem, ſed feliciſſimis, Variolis laboràvit. *Tom. II. pag.* 109.

Græcus textus græcorum Aùtorum noſtrorum, *Hippocratis*que præſertim, ſemper & ubique conſulendus, cum Interpretum nunc hi, nunc illi, aut minus bene, aut perverſe omnino, ſenſum reddant, nosque ſic in errorem ducant: Cauſa porro plerumque erroris eſt, quod non attenderint, quomodo *Hippocrates* ipſe, ea de quibus ſæpe ambigitur, aliis Operum ſuorum locis eadem intellexerit; quin & neceſſaria, ad verum textus ſenſum capiendum, Interpretes nonnunquam prætervideruut. *Tom. III. pag.* 99. *Tom. IV. pag.* 69.

Gul-

Guldenklee (Timæus a) de Peſte habet, quæ nullatenus convenire videntur; ut dum ſcribit: " Bubonibus & Carbunculis non prodeuntibus, " non eſſe quod quis de Peſte multum ſollici- " tus ſit. " Etenim plures Peſte citra hoſce periiſſe, teſtimoniis numeroſis conſtitit. *Tom. XIV. pag.* 278.

H.

Haan (L. F.) in ſua *Freti Davidis* Hiſtoria *de Scorbuto* legendus. *Tom. VIII. pag.* 213.

Hæmoptöe curata octo Venæ Sectionibus, gelidis Aqua, Emulſis, Alimentisque, ſumma præterea quiete, idque citra febrim, & cum rediviva integra firmaque ſalute. *Tom. X. a pag.* 300. *ad* 310. Vomitus ſanguinis, hepatici forte, ſine Venæ ſectione curatus integre. Cur non hic ſecta Vena? Diſcuſſio pathologica caſus utriusque. *ibid.*

Hæmorrhoidalis febris dictæ diſquiſitio pathologica. *Tom. VII. pag.* 214. Hæmorrhoides criticæ an frequentes Auſtriacis. *ibid.* 219.

Haguenot ſingularis plane opinionis in cauſa Tympanitidis, & Ilei morbi, quoad *Bauhini* Valvulam. *Tom. II. a pag.* 85. *ad* 94.

Hales laudatur tentamine ad inveniendam machinam, quæ Ileum morbum potenter ſolveret. *Tom. II. pag.* 88. Laudandus ab indefeſſo ſuo labore, ad aëris proprietates exquirendas, & Clinicam praxin eodem illuſtrandam. *Tom. XIII. a pag.* 35. *ad* 47. & 52. Exiſtimavit minus bene uni-

unicum Elementorum Vinculum aëra eſſe. *ibid. pag.* 99.

Hallerus Lympham cerebri coagulabilem deſcripſit; noſtra experimenta, poſt *Boerhaaviana*, coagulabilitatem hanc negant. *Tom. IV. p.* 200. Cenſet Pericardium & Cor ſe ſe perpetuo contingere. *Tom. VI. pag.* 108. Laudatur ejus liber Commentariorum in *Boerhaavii libellum ſpurium de commendando ſtudio medico*, ut pravos Practicos carpens, laudansque egregios. *Tom. VIII. p.* 159.

Halleri inclyti Viri ſyſtema *de partium ſenſibilitate & irritabilitate*, proponitur; multa autem contraria experimenta huic ſyſtemati enarrantur. *Tom. IX. Cap.* 4. vid. *Senſibilitas & Irritabilitas.* Nova experimenta huic ſyſtemati contraria. *Tom. X. a pag.* 282. *ad* 292.

Ill. Vir non videtur *Galeni* de Pulſibus Doctrinam amplecti, imo nec admittit. *Tom. XII. p.* 22. Inter *celerem* ac *frequentem* pulſum diſtingui oportere optime docet. *ibid. pag.* 26. Pulſum duplo rariorem invenit in homine, cui ſanguis, quotiescumque mittebatur, craſſiſſimus erat, cujusque Cordis Auricula ſiniſtra ſolito amplior per Anatomen apparebat. *ibid. pag.* 72.

Illuſtrem *Hallerum* injuſtiſſime inſimulavit Cl. *Bordeus*, Medicus *Pariſienſis*, defectuoſæ explicationis de vera mente *Boerhaavii* circa Criſin: Omnino ut debuit, hic ibi egit. *ibid. pag.* 188. Novæ de pulſu doctrinæ necdum videtur aſſenſiſſe, ſed ad hanc totam diſputationem rite agitandam determinandamque, ſapientiſſima conſilia ſuppeditavit. *ibid. pag.* 113.

Quæſtio de ſenſibilitate atque irritabilitate partium humani Corporis, quæ *Hallerum* inter *Autoremque* Octennio duraverat, penitus finitur, ex

quo

quo nunc Ille ab experimentis ſuis intactam Pathologiam eſſe ſe velle aperte ſcripſerat. *ibid. a* 263. *ad* 274.

Hallerus dicitur a *Macbridio* aëra agnoſcere ut unicum vinculum elementorum; ubi tamen Vir inclytus Glutine una cum aëre ſtatuerit elementa vinciri, idque *Boerhaavii*, *Schawii*, & *Butæ* experimentis confirmaverit. *Tom. XII. a pag.* 98. *ad* 107.

Concedit *Hallerus* Pleuram, & reliquas membranas inflammari poſſe. *Tom. XIV. a pag.* 87. *ad* 93. Et Pleuram dolere poſſe propter impoſitos ſibi Nervos. *ibid. pag.* 97. Pericardium parum. *pag.* 98.

Litem inter *Hallerum* & *Autorem*, dudum ſopitam, invidi quidam renovare tentarunt, ſed fruſtra. *Halleri* Epiſtola quæ litigandi diſſentiendique cauſam præſcindit omnem. *ibid. a pag.* 115. *ad* 123.

Hambergerus in cura Aneuryſmatis laudatur. *Tom. IV. Cap.* 2.

Hamburgenſis Urbis laus in cura Submerſorum. *Tom. XV. Cap. I.*

Harris in eodem homine, eodemque tempore, vidit Variolas extare & Morbillos. *Tom. II. pag.* 116.

Haſenöhrl Laguſius, R. S. C. Magni Ducis Hetruriæ Conſ. & Archiater præſtantiſſimus, maligna febre cum Petechiis & Miliaribus laborans, multo Cort. Peruviano anno 1758. curatus eſt. *Tom. III. pag.* 51. Laudatur ejus *Tractatus de Febr. malign. Tom. VII. pag.* 222. Tractatus idem defenditur contra Obtrectatores. *Tom. VIII. a p.* 175.

175. *ad* 185. Miliaria critica eſſe negavit. *Tom. IX. pag.* 100. Febres hemitritæas & ardentes, ſi malignitatem ſpirarent, Cort. Peruviano profligandas eſſe cenſuit. *ibid. pag.* 239.

Ab **Hectica Febre** diuturna, cum diarrhoea &c. in ejus fine mors; cum ſana ac pulcra tam vultus, quam univerſi Juvenculæ corporis toroſitate, per omnem morbum, ad mortem usque. *Tom. VI. Cap.* 4. *Probl.* 6.

Hecqueti opinio de præſtantia Confectionum, calidis & opio compoſitarum, in Peſte admittenda non eſt. Inſignis *Hecqueti* laudes. *Lazaretorum* in peſte ærumnas damnaque vivis depinxit coloribus. *Tom. XIV. a pag.* 402. *ad* 408. Cort. peruvianum in Peſte commendat. *ibid.* 412.

Heers (Henricus ab) Muſicum Apoplecticum vidit reſtitutum, cujus os jam ſpuma obſidebat. *Tom. XIII. pag.* 259. & 277.

Hemitritæa Febris. vid. *Malignitas. Miliaria.*

Hepar explens mole ſua utrumque Epigaſtrii ac Hypogaſtrii latus, usque fere ad pubis & ilei oſſa. *Tom. IX. pag.* 52. *Hepar* vix intra coſtas eminens, adeoque in Vita non tangibilis, niſi morbo turgeret. *ibid. pag.* 19. & 52. Iterum multum prominens infra utriusque lateris coſtas. *Tom. XIV. pag.* 71. Dextro in latere plurimum infra coſtas deſcendens. *Tom. XIV. pag.* 15. *Hepar* ventris mole in ſuperiora truſus multum anguſtavit Thoracem. vid. *Anat. Tympaniticorum & Hydropicorum.* Mole ac figura ſua Vomitum fecit, mutavitque Ventriculi formam. *Tom. XIV. pag.* 60. Hydropicum *Hepar*, ſeu Hydatidibus exca-

excavatum ampliſſimis. *Tom. VII. pag.* 124. Ventris tumidiſſimi præcipuam faciens molem. *Tom. VII.* vid. *Anat. LXVII.*

Hernia *inteſtino - vaginalis* in Cadavere feminæ. *Tom. I. a pag.* 121. *ad* 128. Altera ſimilis. *Tom. VI. Cap.* 4. *Probl.* 10. Hernia inguinalis cum peritoneali ſacco ad integumenta accreto, & inferius cum Omento arctiſſime forte per biennium unito, cum Inteſtini media parte elapſa, media altera parte intra abdomen hærente, ac negata Operatione intra triduum lethalis. *Tom. II. pag.* 65.

Hernia entero - epiplo - cele biennio commode geſta, jamque negata Operatione intra 10. dies letifera. *Tom. II. pag.* 68. Hernia horrenda, antiquiſſima, nunquam tamen vivente homine aliis cognita, in ſacco ſuo peritoneali gerens Omenti, Ilei Inteſtini, Meſenteriique, ingentes portiones, Cœci diverticulum, & vermicularem, cum Ileo ac Meſenterio arcte concretum, Proceſſum. *ibid. pag.* 69.

In *Hernia* Vomitus ſtercoreus non evincit vim Bauhinianæ Valvulæ ſuperatam eſſe. *Vid. Ileum.* & *Vom. Stercor.* Herniam mentiens tumor Peritonei Hydaticus. *Tom. VII. pag.* 138. *Hernia* Inteſtini pro parte tantum in ſacco hernioſo locati, a parte Meſenterii adhuc liberi, & pro tranſitu Chyli aperti, in uno letalis, in alia ne ſui quidem unquam ſigna in vita oſtendens. *Tom. I.* pag. 65. *Tom. VI. Cap.* 4. *Probl.* 10.

Hernia inteſtino - vaginalis ſine ejusdem ſymptomatibus. Imponere ſpecie prolapſæ Vaginæ poteſt. Bis hæc ſine ſuis ſymptomatibus in Cadaveribus demonſtrata eſt. *Tom. I. pag.* 121. *Tom. VI. Cap.* 4. *Probl.* 10.

Her-

Herniæ ſtrangulatæ reductio letalis, ob fibras tendineas in medio annulo tenſas, juxta quarum unum latus prolapſum Inteſtinum fuerat, & juxta alterum latus in ventrem repoſitum, ob idque irreparabiliter ſtrangulatum. *Tom. XIII. pag.* 236.

Hernia deſperata gelidæ aquæ adplicatione brevi curata. *Tom. IX. pag.* 211. *Hernia* umbilicalis monſtroſa, Gelidæ non obediens, letifera, cum univerſi corporis Emphyſemate enormi. *Tom. IX. pag.* 207. *Hernia Entero-Meſocolica*, tota intra ventrem, letalis. *Tom. XI. a pag.* 158. *ad* 172. vid. *ibi & Tabula.*

Hernia Veſicæ urinariæ, vel in Inguine, vel in Scroto, vel in Vagina. *Tom. III. pag.* 165. *&c.*

De Herniotome quædam notanda. *Tom. II. toto Cap.* 4.

Heurnius notavit in Cadaveribus affixam Viſceribus craſſam ſeri inflammati ac transſudantis cruſtam. *Tom. I. pag.* 116. *& Tom. II. pag.* 18. Cauterio actuali Caput in deſperato morbo inuſſit ad os usque. *Tom. VI. pag.* 246. Laudatur ob egregias notas de purgantibus in Acutis, in fragmentum *Hippocratis*, quod commentatus eſt. *Tom. X. pag.* 259.

Heiſterus notavit Herniam a ſemi libero, ſemi-intercepto Inteſtino. *Tom. II. pag.* 67. Laudatur in Coxarii morbi cura. *Tom. IV. pag.* 127. Et in Aneuryſmatis ſpuriæ, in Arteria femorali deprehenſæ, fortunata cura. *Tom. VII. pag.* 19.

Hidragoga. vid. *Sudatoria.*

Hildanus notavit phlogiſtici cruoris transſudantem ad Viſcera cruſtam. *Tom. I. pag.* 116. Obſervavit Paralyſin oppoſito in latere Cerebri af-

ſecti. *Tom.IV. pag.* 194. Deſcripſit morbum terribilem a degenerante Teſticulo, & producente durum quoddam corpus, usque ad ſpermaticorum originem aſſurgens. *Tom. VI. cap.* 4. *Probl.* 7. Obſervavit in Peſte pulſum ſimilem ei, quem *Solanus* ac *Bordeus* Criticum Inteſtinalem vocant: *Hildanus* tamen nullam Regulam ex hac obſervatione cudit, cum hoc & inſolitum, & in aliis contrarium, inveniſſet. *Tom. XII. pag.* 99.

Hippocrates excretiones etiam non Criticas, modo conferrent, non impediendas eſſe, docuit exemplo ſuo in morbo Virginis Lariſſeæ, Diarrhoea pluribus diebus laborantis. *Tom. I. p.* 22. Laudantur Aphoriſmi 1—17. 2—38. & 50. quæ conſueta Naturæ ægrorum conſulere & obſecundare jubent. *pag.* 15. Libro de Purgantibus vetuit ea dare in Acutorum cruditate, idque textibus tribus. *pag.* 36. Enumerationem dierum Criticorum quidam vituperant, quod non ſit ſingulis ejus in Libris eadem, adeoque Veritati adverſetur. Reſpondetur ad Lectos ægrotantium admotam eam reperiri adæquatam juxta præcipuos, minimeque corruptos Libros *Hippocratis*, adeoque veritati conformem eſſe. *ibid. pag.* 56. *Galeni* excuſatio inconſtantiæ, Hippocrati adſcriptæ, in numerandis his diebus, infirmior eſt, quam ut objectionem ſolvat. *pag.* 60. Ratio vera eſt Notariorum Codices tranſcribentium error, præcipitantiaque, in numeris Græcorum, qui Literis Alphabeticis, vario modo accentuatis, exprimebantur, transferendis; quæ altera quoque *Galeni* eſt de cauſa harum diſcrepantiarum ſententia. *pag.* 63. Ex ipſo *Hippocrate* confecta Ægrorum 200. Series hanc rationem confirmat, & certam ejus regulam eſſe docet. *ibid a pag.* 64. *ad* 69. Perturbationes Criticæ *Hippocratis* temporibus, quam noſtris,

ſo-

ſolenniores; an quia nos illo in Vena ſecanda audaciores; aptisque medicamentis ditiores? Cæterum Criſes ſubitas lentasque, perfectas & imperfectas, bonas ac malas, iisdem, quibus ille, contingere diebus, Practicum Noſocomium obſervat. *ibid. pag.* 70. *&c.* Animadverſio *Baglivii* in eos, qui Criticas *Hippocratis* obſervationes ejus, quam noſtris temporibus, veriores frequentioresque fuiſſe, autument. Reſponſio ad eos, qui *Hippocraticam* vulgo dictam Diſciplinam incertam ideo eſſe cenſent, quod eorum Operum, quibus illa continetur, vix ultra duos Trientes conſcripſerit, adeoque non omne id, quod de Criſibus *Hippocratis* nomine legitur, ab eo eſſe. Vindicatur omnium Librorum, ejus nomine notorum, autoritas. *ibid. a pag.* 72. *ad* 74.

Hippocratis doctrina neminem unquam fefellit, aut in errorem duxit. *Tom II. pag.* 1. *& Tom. IV. pag.* 194. Circa Tympaniam, ipſi *Hydropem ſiccam* appellatam, conſulendus eſt. *Tom. II. pag.* 74.

Hippocratis curandi methodus, cum factis ejusdem a *Sydenhamo* ac *Boerhaavio* amplificationibus, ſaluberrima inventa eſt in Noſ. practico. *Tom. II. pag.* 1. *&* 2. Verane, an ſimulata debilitate æger laboret, cognovit. *Tom. III. pag.* 6. *&* 22. In ſimulata Venam tutudit. *a pag.* 25. *ad* 34. *Aortas* appellavit duos ramos, in quos ſe Trachæa dividit. *ibid. pag.* 99. Ejus ſententia de *Calido innato pag.* 136.

Aphoriſmi 47. ſect. V., ex latina interpretatione ridiculi, expoſitio; & vera τῦ ἐμμότυ *Hippocratis* per *Hippocratem*, rejectis Interpretibus, elucidatio. *Tom. IV. pag.* 69.

Morbi Coxarii, ſeu Iſchiadici, diagnoſin, prognoſin, curamque, amplam, repetitam, egregiamque, dedit. *Tom. IV. toto cap. IV.*

Notavit cauſæ, in uno cerebri hemiſphærio hærentis, effectus in oppoſito Corporis latere. *ibid. pag.* 194.

Secuit octavo Pleuritidis die Venam *Anaxioni*, & cur? *pag.* 202. Textus proinde ejus de non ſecanda poſt 4. diem vena in Acutis, per ipſum *Hipp.* explicandi ſunt. *pag.* 203. Ejus ſententia de majore Puerorum, quam Adultorum, calore, non convenit cum plurimis experimentis Autoris. *pag.* 219. Textuum ejus recenſio, quibus Hydropis Pectoris ſigna Diagnoſtica ac Prognoſtica tradidit, curationemque. Elucidatio obſcuriorum textuum. *Tom. V. a pag.* 71. *ad* 85. Quid per *acetum olet* intellexerit? *pag.* 77.

Scarificationes Hydropicorum periculoſas ſæpe nobis, cur tutas ille inſtituerit? *Tom. V. pag.* 93.

Atreſiæ ſpeciei meminit tribus diverſis Operum ſuorum locis. *Tom. VI. pag.* 49.

In *Tetano* tractando & longus eſt, & perſpicax, unaque prudens ac felix. *Tom. VI. a pag.* 147. *ad* 153. Decem ejus agentis de *Tetano* textus. Ejus diviſio, cauſæ, ſymptomata, Prognoſis varia, differentiaque cauſarum, & curæ. *Tom. X. pag.* 132. *& ab* 150. *ad* 153. *& ab* 157. *ad* 163.

In ejus ſententiam de vita brevi & Arte longa. *Tom. VI. pag.* 283. Laudavit Cranii uſtionem in pertinacioribus Cranii & Encephali morbis. *ibid.* 241. Hydatides per Anatomen detexit. *Tom. VII. pag.* 141. Admirabilis eſt in Diagnoſi Prognoſi & Cura Hydropis. *Tom. VII. pag.* 156. Diagnoſis & Prognoſis ejus in morbis, & maxime in Vulnere Inteſtinorum, examinatur, verusque ſenſus Aphoriſmi, alioqui falſi, 18 & 21. ſect. VI. demonſtratur. *ibid. a pag.* 173. *ad* 190. Veritas præceptorum *Hipp.* repetitis Clinices exemplis confirmatur. *ibid. pag.* 213. Lau-

datur

datur in pathetica ſua acriticæ febris deſcriptione. *ibid. pag.* 217.

Explicatur longus ejus de ſudoribus textus, perque ejusdem textus alius elucidatur. *Tom. VIII. pag.* 2. *&c.* Hiſtoriæ *Cleonactidis* recenſio. *ibid. pag.* 6. Textus ejus docentes quandonam ante ſudorem criticum rigor præcedat oportet, & quandonam non? textus alii nos convincentes, licet ſudores prægreſſi optimi ſint, ægros nihilominus aut in alios morbos, aut in mortem ipſam incidere poſſe. *ibid. pag.* 11. Damnavit ſudores in principio Acutorum, continuosque eosdem, aut frequentes. *ibid. pag.* 14. Morbos obſervavit, imo integras Epidemias, citra vel Criſin vel Reſolutionem. *pag.* 22. An hinc, pro parte ſaltem, intellectus Aphor. 19. ſect. 2.? Quid ſæpe ſolebat ad bonæ Criſeos deſcriptionem addere? *pag.* 24.. Criſes multas enarravit cum Reverſionibus. *pag.* 25. An inde altera explicatio mox laudati Aphoriſmi? *ibid.* Judicatos vocavit multos, qui tamen multis poſtmodum laborarunt incommodis. *pag.* 28.

Criſes deſcripſit *Hippocrates* quæ abſolutæ viſæ, nihilominus fuerunt imperfectæ; & quæ imperfectæ viſæ, tamen fuerunt abſolutæ: cum Urinarum peſſimarum nigrore perfectas Criſes notavit. *ibid. a pag.* 29. *ad* 47. Criſes deſcripſit cum peſſimis ſignis bonas, & cum ſignis optimis malas: quam regulam tunc ſequebatur, oſtenditur, *a pag.* 48. *ad* 60. Propriis ſuis in Regulis inconſtantiam aliquando exceptionesque obſervavit; inde vero non modo has leges non labefactari, ſed potius ſtatuminari didicit, tradiditque. *ibid. pag.* 60.

Sola Urinarum excretione perfectiſſimas Criſes vidit, deſcripſit. *a pag.* 63. *ad* 72. Quo pacto ſe gerebat, quasque leges ſequebatur, quan-

do morbi non poterat determinare principium. *a pag.* 73. *ad* 79. An Criſi bona perſpecta, certo determinare poterat & integram eandem eſſe, & recidivam nullam timendam eſſe? id eum ignoraſſe quinque argumentis evincitur. *a pag.* 80 *ad* 103. Docuit abſceſſus letiferos iis in Pulmone fieri, qui ob bonum Corporis habitum eosdem in ſe naſci ne ſentiunt quidem. *pag.* 88.

Exanthemata epidemica, eaque regularia, in Febre ardente obſervavit, & ita ſymptomatica ea habuit, ut non illis, ſed obortis die 14. ſudoribus, criſin tribuerit *pag.* 137.

Duobus in hominibus Abſceſſus naſci notabiles advertit, citra febrim, citraque dolorem. *Tom. IX. pag.* 118. Artem maxime promovit, quod Aſyſtematicus eſſet *Tom. IX. pag.* 202.

Hippocrates laudatiſſimi illius conſilii, dandi debilitatis a vomitu Paregoricum, autor fuit. *Tom. X. pag.* 58.

Quid apud *Hippocratem* Urinæ *genitales.* vid. *Urina genitalis.*

Repetitio genuinæ de turgente in Acutis materie ſententiæ, ex ipſius Hippocratis textibus numeroſis, *Heurniique* in eosdem commentario. *Tom. X. pag.* 256. Perperam objicitur adhæc Pueri *Epicharmi* Hiſtoria. *Tom. X. pag.* 265.

Medicina non niſi ſolo ſtudio *Hippocratico* poteſt emendari. *pag.* 271.

Sputum ſanguinis & a Pulmone explicuit, & ab Hepate; uti quoque Vomitum ſanguinis ab Hepate, & Ventriculo. Prognoſis ejus de ſingulis, *Tom. X. pag.* 309.

Doloris, tumoris, inflammationis Lienarem occupantium Regionem, Criſin, naris ſiniſtræ hæmorrhagia fieri, obſervavit. Exemplum. *Tom. XI. pag.* 6. & aliud *pag.* 12. Utriusque tamen imperfectum judicium.

Cur *Hippocrates* Criſin ad extrema manuum pedumque damnavit duobus in ægris. *ibid. pag.* 25. Exemplum hujus *a pag.* 24. *ad* 27. Aberrationes naturæ morborum a communibus Criſeos Legibus complures notavit. *ibid. pag.* 91. Pleuritici doloris ab inferioribus ad ſuperiora Thoracis transmigrationem malam invenit; *Trillerus* autem, & *Swietenius*, bonam: tollit hanc diſcrepantiam dies; is enim his ſextus, illi quintus fuit. Etiam in Noſocomio cum *Hippocrate* hanc die quinta damnavimus transmigrationem doloris. Unde & *Hippocrates*, & nos, Venam ſecare debuimus, illi minime. *pag.* 93. Egregius aliquis ejus Textus in Pleuritidis Diagnoſi & Prognoſi. Aberrationem naturæ in Pleuritide notavit *Anaxionis*, eique accommodavit ſe. *pag.* 19. *&c.* Conſenſus quem mirum magnumque Pectus inter Tibiasque detexit, veſicantia in Pectoris morbis vehementer commendat. *pag.* 102.

Hippocratis longus textus Prorrheticorum de Prognoſi in Hydrope, per omnia veriſſimus eſt. *pag.* 224.

Male accuſatur quod Arteriarum non conſuluerit in morbis Pulſus; cum plus quadrageſies eorundem meminerit, idque æque in Chronicis quam in Acutis, eosque ad Diagnoſin Prognoſinque, forte nobis & attentius aliquando, & accuratius, exploraverit; id quod numeroſa textuum recenſione probatur: id interim dolendum, quod in morbis minus meminerit Pulſus, quam vel Reſpirationis, vel Urinarum. *Tom. XII. cap.* 1.

Accuſatur *Hippocrates* a veterum recentiorumque haud paucis Pythagoriſmi; quod quam falſum ſit invictis argumentis oſtenditur. *Tom. XII. a pag.* 164. *ad* 172. Falſoque inſimulatur incon-

ſtantiæ in Criticorum dierum enumeratione. Ejus medicina plane admirabilis eſt, & quo ad fundamenta immutabilis *pag.* 175.

Falſo aiunt *Hippocratem* purgantia initio Acutorum damnaſſe, quod ejus tempore non niſi Draſtica proſtarent; conceſſurum certe eadem, laudaturumque fuiſſe, ſi quibus mitioribus nos, & ille potuiſſet uti. Numeroſis quippe textibus oſtenditur, & mitiſſima eum habuiſſe, & nihilominus condemnaſſe. *a pag.* 192. *ad* 200. Ea occaſione ejus ſuppoſitoria, ejus clyſmata, ejusque recenſentur Emetica. *pag.* 191. Herba *Mercuriali* pro purganda alvo utebatur frequenter. *pag.* 198. Medicinæ certitudinem aſſeveravit jam ſuo tempore haberi *pag.* 205.

Hippocratis Regulas alendi ægros toto operum decurſu datas, collectas reperimus in ſectione Aphoriſmorum prima. *Tom. XIII. pag.* 2. Supra aërem; quantum proſit, noceatque Animalibus, ſapienter frequenterque diſſeruit. *pag.* 43. Clare docens adjumenta & nocumenta ſudorum, eosdem in pravos, in bonos, in criticos diviſit, ſingulosque deſcripſit. *Tom. XIII. pag.* 68. Sic ut qui hoc negavit *Bordeus*, *Hippocratem* penitus ignorare videatur. *pag.* 69.

Explicatur per ipſum *Hippocratem* relatio *Athenienſis* hominis, cui, cholera laboranti, his ſcribitur datus *Helleborus* fuiſſe. *pag.* 124.

Hippocratem Anatomes peritum fuiſſe, uſusque partium, qui id ejus Libri demonſtrant, enumerantur, ac *Galeni* confirmatur ſententia. *pag.* 146. Præſtantior tamen per omnia Medicus fuiſſet, ſi & Anatomen & Phyſiologiam cultiorem poſſediſſet. *pag.* 149. Etſi minus recte viſcerum expoſuerit uſum, quia tamen relicta ſua in multis infirmiore theoria, naturam & unice, & perpetuo conſulebat, tandem aliquando obſervata practica,

æque grandia, quam conſtantia, Poſteritati tradidit. *a. pag.* 150. *ad* 157. Empiricum eum non fuiſſe, ſed ratiocinantem, methodiceque medicantem, ex ejusdem Operibus arguit *Galenus. pag.* 148.

In Ovium, Porcorum, Hominumque pulmonibus, detexit Hydatidas. *ibid.* 211.

Aphoriſmus ejus de deſperata ſalute ſuſpenſorum, ſi os naresque ſpuma obſederit, explicatur, ac *Galeni*, aliorumque obſervatis illuſtratur. *pag.* 257. Anacephalæoſis eorum, quæ in *Hippocratis*, ejusque dictatorum laudem, præcedentibus Tomis dicta fuerunt, hic confirmatur teſtimonio Hiſtoriographorum, & immortalis *Boſſueti*; & Medicorum, ut ὡς τὸ πανυ *Boerhaavii. Tom. XIV. in Præf. & a pag.* 1. *ad* 8.

Attamen docuit nos Artis noſtræ limites agnoſcere in multis, quæ ſparſa ubique per univerſa Opera ſua in Aphor. 19. Sect. 2. collectim habentur. Quænam hinc Arti utilitas. Caſus multi hujus Aphoriſmi demonſtrantes veritatem. *ibid. per* 1. *Caput totum.*

Diſſertatio de vero ejus ſenſu in uſu τȣ̃ Θηρίȣ quo paſſim non Vermes, ſed *immane quid* deſignavit. *pag.* 71. 75. 82. Ita ut a quibusdam perperam habeatur Pathologiæ verminoſæ autor. Acturus de vermibus in corpore humano, eos propriæ ſpeciei nomine diſtinxit. *pag.* 177. Peſtis longam dedit accuratamque Hiſtoriam in ſuo III. Epid. Libro; & alibi eam tacito nomine tractaſſe a *Galeno*, aliisque, creditur. *pag.* 214.

Hirudines loco podagrico admotæ Podagram curant tutiſſime; non retropellunt, ſed educunt materiem doloris. *Tom. XIV. pag.* 108.

Hodges *Londinenſem* Peſtem ſic definit, ut ejusdem initio eam ex hiſce ſignis nemo cognoſcere poſſit. *Tom: XIV. pag.* 287.

Hoffmannus ad rebelles Encephali morbos uſtionem Cranii commendavit. *Tom. VI. pag.* 251. Vitro Antimonii enectam feminam vidit, idque in defunctæ ventriculo reperiit, quod tamen extra Paroxyſmum conſuetæ Tertianæ nulla ſuæ dederat præſentiæ ſigna, ſed in Paroxyſmo unice, inque Paroxyſmo tandem necavit. *Libro de Febr. ſub finem.* Vehementer invectus in eos eſt, qui Bezoardicis, calidoque Regimine, Exanthemata in Acutis expellunt, morborumque Artifices eosdem vocavit. *Tom. VII. pag.* 229. Collegam *Nabothum* vidit Ileum morbum gelida aqua curaſſe. *Tom. IX. pag.* 211. A Mercurio crudo, in Morbo ileo epoto, Paralyſin metuit: metus ille exploditur. *Tom. XI. pag.* 191. Mortem contigiſſe refert a Sacchari Saturni uſu interno. *Tom. X. pag.* 89. Contra *Sthalium* negavit differentiam dari inter Pulſum celerem & frequentem. *Tom. XII. pag.* 24.

Hollerius Tympanias materiem credidit eſſe humorem cum aëre miſtum. *Tom. II. pag.* 75. Quid de materia turgente *Hippocratis* ſit ſtatuendum, recte expoſuit. *Tom. III. pag.* 8. In pertinacioribus capitis morbis cauterium actuale in media parte capitis prope ſuturas eſſe applicandum cenſuit. *Tom. VI. pag.* 247. Textus *Coacarum* de Tetano agentes commentatus eſt. *Tom. X. pag.* 133. Caſtoreum in Tetano laudavit. *ibid. pag.* 154. Urinam genitalem *Hippocratis* explicuit. *pag.* 167. Peſtis notabilem & eruditam deſcriptionem dedit. *Tom. XIV. pag.* 253.

Home-

Homeri verſus in eos, quibus ſemper grata contentio, pugna, bellumque. *Tom. XIV. pag.* 115. *Homerus Ariſtotele*, vermes ex putredine gigni arbitrato, ſæculis ferme quatuor anterior, ſapienter ſcripſit Vermes naſci ab ovulis Inſectorum, ſicque a Vermibus putredinem naſci; quemadmodum, poſt exploſam XIX. Sæculorum Ariſtotelis Philoſophiam, omnes Phyſici demonſtrarunt. *ibid. pag.* 183. *in textu & ad marg.*

Huxham laudatur ob communicatam nobiſcum Epidemiæ Hiſtoriam, in qua Emetica & Purgantia convenirent; ſed quod in ſingulari Morborum conſtitutione conveniebat, non dat normam agendi in communis generis morbis. *Tom. III. pag.* 21. Bene corticem Peruvianum commendavit in morbis malignis. *ibid. pag.* 41. Lugubrem dedit Scorbuti hiſtoriam, qui Nautas ultra 400. invaſerat. *Tom. VIII. pag.* 229. Febres hæmitritæas, ipſasque ardentes, ſi conſuetæ Methodo immorigeræ malignitatem ſaperent, cortice feliciter profligavit. *Tom. IX. pag.* 239. Et Camphoram in Acutis laudavit. *Tom. X. pag.* 225. Uno eodemque tempore obſervavit Miliaria, Petechias, & Apthas una graſſari; imo in eodem homine ſic, ut Petechiis ſupervenirent Miliaria. *Tom. X. pag.* 238.

Hydatides Aſciten mentientes. vid. *Anat. XXIII. Hydatides* ingentes in Hepate. *Tom. VII. pag.* 124. *Hydatides* in Viſcere, in Glandulis, præſertimque in Mamma, duritie, inæqualitate, ac dolore, Mammæ cancrum ſimulant, decipiuntque. Exempla horum multa. *Tom. VII. pag.* 130. *&c.* Hydatides Peritonæi Herniam mentientes. *ibid.* 138. *&c.* Diſcuſſio Pathologica de *Hydati-*

dum

dum origine & natura. *ibid. a pag.* 141. *ad* 158. Hydatis grandis in Hepate. *Tom. IX. pag.* 5. *&c.*

Hydrops. *Hydrops ſiccus* Tympania vocatus *Hippocrati. Tom. II. pag.* 74. *Hydrops cyſticus* ſeu *Saccatus.* Regula hunc a Tympanitide, qua cum multam aliquando ſimilitudinem habet, internoſcendi. *Tom. IV. pag.* 66.

Hydrops cyſticus ortus ab utero ad diem tertium puerperii inflammato. *Tom. IV. pag* 68. Omnium optime *Hippocrates* hunc morbum pluribus Operum locis deſcripſit. Hacque occaſione exponitur, contra pleroſque ejuſdem Interpretes, quid proprie per τὰ ἔμμοτα intellexerit. *ibid pag.* 69. Confirmat hanc interpretationem hiſtoria Anatomica quædam. *pag.* 72. Fluctuatio ventris principio morbi in hac femina aderat; deinde non ultra: in principio eductæ fuere 27. Libræ partim puris, partim coagulabilis Lymphæ, quæ conſervata verno tempore, in vitris apertis, ne intra quindecim quidem dies male oluit. *pag.* 73. Mutatio poſt hac figuræ Abdominis minime conſidentis. *pag.* 74. Quæſtio de Muſculorum flaccitie ſupra tenſum abdomen. *pag.* 75.

Hydrops Cyſticus a caſu ab alto natus, qui an paracenteſi curandus quæritur. Suadentia ac diſſuadentia argumenta. Educuntur Paracenteſi 35. Libræ aquæ ſummo cum levamine; die autem poſtmodum duodecimo venter refert mediam prioris molem, & in dextro medioque abdomine tumorem ingentem. Brevi ventris tumor priore major, & mors: cadaver apertum non fuit *ibid. pag.* 77. *&c.*

Hydrops Cyſticus poſt curatum a natura Hydropem uteri, paulatim naſcens, ventrem tandem expandens monſtroſiſſime, ac eductis fuſci, turbidique, haud fœtentis liquoris libris 38. mortem inferens.

rens. Anatomen, non niſi 60. horis a morte conceſſam, immanis putredo cadaveris vetuit. *ibid. pag.* 82.

Hydropis Cyſtici variæ cauſæ, varia ſedes, ipſaque in ſede varietas. *ibid. a pag.* 90. *ad* 100.

In *Hydrope Cyſtico* Ovarii diſſuadetur ejusdem extirpatio, ſeu proprie dicta caſtratio, propoſita *ab Acad. Reg. Chir. Pariſ.* idque pluribus de cauſis. *pag.* 101. *&c.*

Octo argumenta contra dilatandam Paracenteſi facta aperturam, in *Hydrope Cyſtico*, propoſitam ab eadem Acad. *a pag.* 106. *ad* 112. Et nova argumenta contra eandem, *Tom. V. a pag.* 60. *ad* 65. Attamen hæc apertura, Natura monſtrante viam, locum habere in quodam rariore Cyſtico tumore poteſt. *Tom. IV. pag.* 114.

Cur Paracenteſi facta *Hydrops* ſæpe longe citius redit creſcitque, quam primum natus fuerat? *Tom. IV. pag.* 116. Cur in octo menſibus 800. Aquæ Libræ regenerantur? Cur in unico octiduo 50. Libræ? *ibid. pag.* 116. *&c.*

An Billis defectus *Hydropis* ſive cauſa eſt, ſive effectus? Experimentis patuit Bilem inſipidam eſſe, colorisque expertem, in *Hydropicorum* cadaveribus; attamen non in eorum paucioribus conſtitit & multam eandem eſſe & coloratam, & ſpiſſam acremque: ita ut nulla inde cudenda regula ſit. *ibid.* 119. *ad* 125.

In ſumme *Hydropico* homine Bilis copioſa, aurantia, tenax. *Tom. V. pag.* 43. *&* *pag.* 51. & *Tom. XI. pag.* 287.

Hydrops in vinoſo, ſed ſano homine, a potu gelido, aëreque frigidore ad æſtuantiſſimum corpus admiſſis, natus, iisque letifer, cum Anatome. *Tom. V. pag.* 38.

Hydropis idea Pathologica, ut quomodo naſcatur, & quandonam ſive Paracenteſi, ſive remediis

diis internis externiſque, aut integre, aut palliative tantum, curetur, intelligi poſſit. *Tom. V. pag.* 87. *&c.* Paracenteſis etſi in *Hydrope* pallians modo videatur, ſæpe ſuadenda eſt. *ibid. pag.* 92.

In *Hydrope* Cauteria, & Scarificationes, multoties periculoſa ſunt, quod ea cautela non admoveatur, qua ea admovebat *Hippocrates*: cum hac cautela nunquam periculoſa ſunt. *Tom. V. pag.* 95.

Proſecutio *Hydropis Cyſtici* olim obſervati, & bis Paracenteſi evacuati, in femina, cujus hiſtoria *Tom. IV. pag.* 67. inchoata, & *Tom. V. pag.* 63. continuata fuit. Hæc nunc monſtroſo ſuo Aqualiculo redeuns, tertiam flagitavit Paracenteſin, quæ præ materiæ tenacitate non ſucceſſit. A Vino emendatio multa, extinguebatur tamen. *Vid. Anat. LXVII.*

Hydrops Hepatis ingens. Vid. Anatom. LXVIII.

Hydrops Hydaticus Abdominis. Vid. Anat. XXIII. LXVII. LXIX.

Hydrops a Colica Pictonum. Tom. X. pag. 102.

Hydrops Aſcites Paracenteſi curatus, cujus curationis ſpem Libræ 68. pravæ utique aquæ non fecerant, quam tamen uncia peruviani Corticis quotidie ſumta perfeciſſe videtur; ſic ut 15. die perfecta ſalus rediret. *Tom. XI. pag.* 208. Alius *Aſcites Hydrops* paracenteſi perfecte curatus in puella. *ibid. pag.* 211.

Hydrops Cyſticus ab Ovario univerſum explente Abdomen, in quo octies Paracenteſis inſtituta eſt, & Aquam cum melle in ſaccum injicere conatus eſt Chirurgus, depurandi ejus cauſa, aëremque ex eodem tubo extrahere: pravi inde effectus, morſque accelerata. *Tom. XI. a pag.* 271. *ad* 282. Vid. Ana. XCI.

Hydro-

Hydropis diviſio in Intercutem, Aſciten, Peritonealem, Cyſticum, Tympaniticum. Signa diagnoſtica & prognoſtica ſingulorum, tandem ſingulos tractandi modus. *Tom. XI. a pag.* 294. *ad* 338.

Strepitus *Hydropico* in ventre per octiduum perceptus, nec antea, nec poſtea, undenam ille? *ibid. pag.* 251. & 263.

In *Hydrope Cyſtico* quo Diuretica potentius operantur, eo maturiorem mortem conſciſcunt. *ibid.* 274.

Hydrops Pericardii incertus in vita morbus. *Tom. IX. pag.* 56. *&c.*

Hydrops Pectoris ſive *Thoracis*, una cum Aſcite, & *Cyſtico Hydrope* in cadavere inventus. *Tom. V. pag.* 50. Fallax morbus eſt. Fuſe eum deſcripſit *Hippocrates*, & cauſas ejus a copioſo potu avide ingurgitato, atque a Pulmonum Hydatidibus, deduxit. *Tom. V. pag.* 75. Signa hujus duodecim numeravit, addiditque ſingulare, quod ut 13. Signum meretur expendi. Poſt illum hic morbus negligentius deſcriptus fuit, a binis autem Sæculis accuratius. *ibid. a pag.* 78. *ad* 86. Scriptores duorum horum poſtremorum ſæculorum *Hydropis* pectoris cauſas a cauſis *Hydropis* in genere commemorant; ſigna, præter *Hippocratica*, addidere nonnulli, quæ omnia tamen haud ita morbum definiunt, ut eum præſentem intrepidi pronuntiemus: unde non pauci, iique Artis principes, ejus incertam Diagnōſin eſſe faſſi ſunt. *pag.* 81.

Cura primo *Hippocratis* traditur, & quidem per Paracenteſim Thoracis, quam mortes quandoque excipere haud diffitetur. Recenſio medicamentorum, quibus eum debellare ſategit. Inferiores partes, ſi tumerent, ſcarificavit. *ibid. pag.* 83. Hanc ejus Paracenteſin & alii laudarunt,

&

& alii damnarunt, & alii non niſi in extrema neceſſitate admiſerunt. *pag.* 86.

Pathologica idea *Hydropis omnis*: ut quomodo naſcatur, & quandonam aut integre aut palliative duntaxat, curari poſſit, intelligatur; ut ſic de Paracenteſi tam in quovis Hydrope, quam in eo Pectoris, vel curatura, vel palliatura inſtituenda, certi quid ſtatui poſſet. *pag.* 87. Et quamvis tantummodo palliatura in eo Abdominis ſæpe prævidetur, inſtituenda certis quibusdam in caſibus eſt. *pag.* 91.

Cur Paracenteſis Thoracis in *ejus Hydrope* poſt *Hippocratis* tempora rariſſime, illa autem ventris frequentiſſime, inſtituatur? *ibid. pag.* 96.

Modus, quo *Hydrops Pectoris* formatur, is eſſe obſervatur, ut morbus non niſi adultus, peneque deſperatus, cognoſcendum ſe præbeat. *pag.* 97. Deſcribitur tandem hic *Hydrops* ab ipſo principio, ad finem usque per quinque gradus. *ibid.*

Signa *Hydropis pectoris*, quæ pathognomica appellant, vel ſingulis non adſunt, adeoque vere pathognomica non ſunt; vel morbo admodum jam provecto plura minorave accedunt: tuncque non ſunt niſi provecti, ac forte incurabilis, morbi ſymtomata. *pag.* 103.

In cadavere mulieris aſciticæ utraque pectoris camera tanta Lymphæ copia ſcatebat, ut Pulmones arctiſſimum in ſpatium comprimerentur, eademque preſſione Pericardium cum Corde arcte concreviſſet. Nulla unquam affuerat illi nocturna anxietas, adeoque ſignum primarium defuerat. *ibid.* 105. In alio cadavere hoc morbo enecti nullus obſervatus eſt artuum tumor *pag.* 50. Defuit & *Wepfero* inclyto, qui hoc morbo interiit. *pag.* 107.

Exemplo oſtenditur quomodo *Hydrops pectoris* alios morbos ſæpe mentiatur. *ibid. a pag.* 111. *ad* 115.

Sig-

Signum *Hydropis* pectoris, ab Hypochondriorum tumore petitum, in craſſo corpore non deprehenditur. *pag.* 115.

Hydrops pectoris & Tympanitis eodem in ægro adeſſe credebantur, & neuter eorum in cadavere inventus fuit. *Tom. VI. pag.* 77. An Hydrops pectoris adhuc ægrum reliquit viventem? *ibid.*

Hydrops pectoris natus, ex quo calculos per urethram ejicere æger ceſſaviſſet. An propterea? Cur illi Orthopnœa nocturna quatuordecim ante mortem diebus ceſſavit? *Tom. VI. pag.* 84.

Hydrops pectoris in cadavere viſus, cujus in vita vix eſſe ſuſpicio potuit. Peculiare in illo fuit Lymphæ habitaculum, nulla paracenteſi evacuandæ. *Tom. VI. pag.* 91. vid. *Anat. LIII.*

Hydropis pectoris multa ſuſpicio, Hydrops autem Pericardii inventus eſt ſolus: & hujus & illius morbi certa nunquam, ſed probabilia duntaxat ſigna habentur. Conſulendi hic ſunt præ ceteris *Vieuſſens, & Morgagni. Tom. IX. pag.* 57.

Hydrops, & Pectoris, & Pericardii in homine inventus, poſt letalem Peripneumoniam aperto, citra obſervata eorundem in vita ſigna. vid. *Anat. XCIV.* Vide & alteram hiſtoriam ſimilem. *Anat. XCV.* Tertiamque, *Anat. XCVI.*

Hydrops verus Pulmonis. Textus recenſentur præcipuorum omnis temporis, Medicorum, ut, num eundem noverint, conſtare poſſet: eundem aliquos ſubolfeciſſe, plures autem hoc nomine Thoracis intellexiſſe Hydropem, multis argumentis probatur, nonnullos vero eum cognoviſſe. *Tom. XV. Cap. III.* Enumerantur ex Scriptoribus Medicis, præcipue ex *Morgagni*, propriisque Obſervatis, Symptomata, ac Signa, Hydropis Pulmonis. *ibid.* Caſus hujus morbi in Noſocomio. Cura. *ibid.* *§. IV. & V.*

I.

Jacotii peſtis definitione non cognoſcemus Peſtem adeſſe, quamdiu paucos modo invaſit. *Tom. XIV. pag.* 260.

Icterus a Colica Pictonum. *Tom. X. pag.* 101.
Icterus an naſci non poteſt e Bilis reſorptione, quæ de ſua Cyſtide copioſa transſudans, profunda ſæpe flavedine tingere & Hepar ſolet, & Duodenum, & Omentum, magnamque ſæpe Coli ac Ventriculi plagam? *Tom. XI. pag.* 163.

Ileus morbus cum vomitu ſtercoreo triennii ſpatio bis toleratus, cum vita ſuperſtite, tertio invadens necavit. *Tom. II. pag.* 79.

In *Ileo morbo* cum vomitu ſtercoreo quæritur quomodo ex craſſis inteſtinis in Tenuia, per reſiſtentem fortiter valvulam *Tulpianam*, ſive *Bauhinianam*, tranſitus paretur? Primo verum ſtercoreum in Ileo dari experimentis probatur, confirmaturque Noſocomii exemplo. Ut Problematis difficultatem eluderent *Biancus*, ac *Mangetus*, negarunt valvulæ exiſtentiam; quam tamen cum *Albino* & *Morgagno* omnes *nos* adeo vere exiſtentem ſcimus, ut a nemine ſanæ mentis poſſet negari. *Tom. II. pag.* 83.

Reſponſio triplex ad propoſitum *de Vomitu ſtercoreo in Ileo problema dari ſolet.* Prima eorum eſt qui Valvulæ exiſtentiam negent. Altera *Haguenotti*, qui Inteſtinum Colon, & Cœcum, ampliari ſic clyſmate aëreque poſſe cenſuerit, ut Valvulæ functio deſtruatur. Tertia *Haleſii* eſt, experimento demonſtrantis, Aquam ex Recto inteſtino guttatim perveniſſe ad Pylorum. Quid in ſingulo reſponſo aut verum ſit, aut minus verum, oſtenditur.

ditur. *Tom. II. pag.* 83. *&c.* Patetque per omnia nota obſervata Valvulam aut in nimia per Tympaniam expanſione Coli, Cœcique, aut per iterata frequentius Enemata, amplificari ſic poſſe, ut tranſeant excrementa, clyſmata, ſuppoſitoria. *Haguenotus* id docuit, noſtrum id confirmavit exemplum. Superari ergo vis Valvulæ poteſt. *ibid. pag.* 86. Vid. *Tom. XI. Tab. IV. cum explicatione.*

Fœces Alvinæ in *Ileo* vomitu ejectæ non arguunt ſe ex Inteſtino Colo prodiiſſe: experimenta noſtra veras aut liquidas, aut coactas, formatasque fœces, demonſtrarunt in Ileo inteſtino: *Tom. II. pag.* 91. & *Tom. XIV. pag.* 74. novo ac ſingulari experimento confirmatur.

Reſponſio ad Quæſtionem cur, ſuperata Valvulæ reſiſtentia ſic, ut ex Inteſtinis craſſis in tenuia via patula ſit, motus reſpiratorius jam Tenuium contenta non ducat deorſum? *Tom. II. pag.* 94.

In *Ileo* incipiente gangræna, conſtricta Inteſtina, etiam in Hernia, relaxantur. *ibid.*

Exempla demonſtrant a Vomitu Stercoreo non eſſe omnem Ileum letalem. *ibid.* Imo & Vomitus enematum opio ceſſavit, & brevi rediit ſalus. *Tom. III. pag.* 95.

In *Ileo morbo* ſalutare clyſma fumi Tabaci eſt; exemplis probatur; ſed ſub quibusdam conditionibus. *Tom. I. pag.* 151. *Tom. II. pag.* 97.

Ilei morbi cauſa quædam Volvulus dictus, vel Introſuſceptio eſt. Non ſemper tamen Ileum morbum facit. An quia ſub mortem tantum nata? An quod ſuperior Inteſtini pars, intra inferiorem ſuſcepta, Viam aliquando liberam relinquat pro tranſitu Chyli? Exempla plura harum Introſuſceptionum in Noſocomio practico viſa; interque ea unum in quo tres Lumbrici teretes

circum introſuſceptam partem circumvoluti erant. *Tom. I. pag.* 131. *Tom. II. pag.* 133. 134. 146.

In *Ileo morbo* Machina laudatur, mole quidem minor, ſed compoſitione atque effectu ſimilis illi Machinæ, quæ ad extinguenda Incendia deſcribitur delineaturque in *Martini Grammatica ſcientiarum.* Duorum Iliacorum per eam curatorum exempla, relata a Cl. *Widemar*, qui effigiem Machinæ communicavit cum Autore. Experimenta capta in tribus cadaveribus, in quorum duobus vis Machinæ ſuperare reſiſtentiam Coli Valvulæ non potuit; vivo autem in Cane ſuperavit. *Tom. VIII. pag.* 241. Iterumque & in homine iliaco, & in Cane vivo Cl. *Widemar* experimentum ſucceſſiſſe vidit. *Tom. VIII. a pag.* 247. *ad* 250.

Experimenta inſtituta cum hac machina in Noſocomio practico, & quidem in Cane vivo. *Quater* aqua injecta cum fœcibus podice exiit, *quinta* vice podice ſic firmato, ut nihil elabi poſſet, violente de ore beſtiæ prodiit. *ibid.* Canis exinde ſanus. Occidebatur tamen, ut effectus Machinæ pateret. Anatome. *pag.* 252. Experimentum *ſextum* in altero Cane, quo unica continuaque vi injectis circiter V. Libris tepidæ, Vomitus mox, isque iteratus, fiebat. Canis exinde ſanus. *pag.* 253. Experimentum noſtrum *ſeptimum* in Cadavere hominis ſexagenario majoris cum ſucceſſu. *pag.* 253. Experimentum *octavum* in Cane vivo, vomente injectam aquam & Lumbricos. *pag.* 255. Experimentum *nonum* in quarto cane, qui tepidam aquam injectam copioſe vomuit & carnem, & Lumbricos teretes, Teniamque copioſam. *pag.* 256. Anatome memorabilis hujus canis. Concluſio ex his experiment. *a pag.* 261. *ad* 270. Experimentum 10. 11. & 12. intra XVI. dies eodem in cane facta, inculpatæ operationis argu-

argumenta. Tandem canis Anatome. *Tom. IX. pag.* 216. Experimentum 13. felix & notabile. Libræ V. aquæ injectæ ore effluxere. *Tom. IX. pag.* 220. Experimentum 14. infeliciſſimum in cane cum letali internorum deſtructione. Diſcuſſio Pathologica de hac re. *Tom. IX. pag.* 224. Quædam adhuc de hac Machina. *Tom. XI. p.* 205.

Ileus morbus periodicus Neapoli curatus ventre nive obvoluto, gelidaque epota; altera vice gelidæ aquæ immoriger, Cortici peruviano ceſſiſſe credebatur; tertia vice *Viennæ*, Tabaci fumo in anum injecto, ſæpiusque iterato, ſolutus eſt, juvante etiam epota frigida ad ſiſtendum vomitum. *Tom. IX. pag.* 204.

Ileus morbus, conſtricta Hernia oriundus, poſt externam gelidæ aquæ applicationem, ſubito in Gangrænam mortemque converſus. ibid. 207.

Ileus morbus, morti, ut videbatur, proximus, a conſtricta Hernia natus, poſt multa alia fruſtra data & applicata, tandem ſubito curatur fomento aquæ frigidæ. *pag.* 211.

Ileus morbus ſexto die letalis, in cujus 4to die unica Venæ ſectio facta, & præter alia auxilia, ſexies data ſunt grana ſex *Auri fulminantis.* vid. *Anat. LXXXVIII.*

Ileus morbus ex alvo ſubito per medicamenta adſtricta, dataque dragma integra Mercurii *dulcis* ab Empyrico. Ter poſthac libram mediam Mercurii crudi ſumſit æger, & die octavo periit. vid. *Anat. LXXXIX.*

Ileus morbus curatus, epota in hauſtu terno Mercurii crudi libra. *Tom. XI. pag.* 184. An Mercurius nervis inimicum? An frigore perniciosum? vid. *Mercurius.*

Ileus morbus curatus a Mercurii vivi hauſtu, Clyſmate iterato ſæpe opitulante. Copioſa Alvus inde, ſed nona ab aſſumptione die tandem

prodiit Mercurius. Cucurbita *Galeni* male ceſſerat. *Tom. XI. pag.* 186.

In *Ileo Morbo* liceatne acria & veſicantia nudo ventri admoveri? Poſſe in deſperatis tentari videntur. *Tom. XI. pag.* 200.

Infantum recens natorum, qui mortem ſimulant, eadem habenda, eſt quæ ſubmerſorum, Cura. *Tom. XV. Cap. I.*

Inflammatio in diem quartum progreſſa, poſt hunc ſæpe quidem mutatur vel in Reſolutionem, vel in Coctionem, vel in Suppurationem, Gangrænamve, verum quoque protrahitur ſæpe longius; ita ut in 7. 14. 20. & ultra, diem progreſſa, morbi incepti crudique curam adhuc poſcat. Numeroſa Noſocomii hujus experimenti exempla. *Tom. XIV. pag.* 199. Hanc veritatem non latuiſſe *Hippocratem* ingenti ejus Obſervationum numero oſtenditur. *ibid. pag.* 201. *&c.* Confirmatur *pag.* 207. Sententiæ magni *Boerhaavii* de hac quæſtione explicatio, ex eo ipſo petita. *pag.* 209. *Inflammatoria* Diatheſis ſæpe reperta in ſanguine Hydropicorum, Chloroticarum, aliorumque, qui ab Inflammatione videntur procul abeſſe. *Tom. XI. pag.* 267.

Infortunia: proborum Medicorum eſt hæc haud ſecus pandere, quam fortunas. Quæ inde utilitas? vid. *Medicus. Tom. II. toto Cap. VI.*

Inteſtina Volvulos patiuntur & Introſuſceptiones. vid. *Ileus morbus.* Morbus Inteſtinorum nullibi deſcriptus, ut omnia Inteſtina, æque tenuia, quam craſſa, ex ſua externa tunica peritoneali penitus evaginarentur; ſic ut ab omnibus vaſis, nervisque ſoluta nullam cum reliquo corpore communicationem haberent, quam in ſua à

Ventriculo Duodenoque origine. *Tom. VI. Cap.* 4. *Probl.* 9.

Inteſtinum Rectum occulto *Fratris Coſmi* Lithotomo perſcindi poteſt, ni idem ante operationem curetur vacuari. *Tom. VI. Cap.* 5. *Hiſt.* 1.

Inteſtina vulnerata, gangrænoſa, diviſa, intermediis portionibus orbata, ſphacelata, toties letalia, curantur aliquando ſalva vita aut integra, aut imperfecta. *Tom. VII. toto Cap.* 4.

Curatio peracta in Noſocomio inteſtini, & quidem ut videtur, Ilei, in inguine dextro diu aperti. *Tom. VII. Cap.* 4. Solida deglutita ad horam ab aſſumptione tertiam ad Vulneris labia patebant. Vera ſtercorea ſæpe Inteſtinum Ileum habet. *ibid. pag.* 171. Ileumne hic, an Colon apertum? Ileum per omnia argumenta videtur fuiſſe. *pag.* 169. *Vaterus* curavit integre hominem a Colo in Inguine aperto; & ab aperto ibidem Ileo, duos. *pag.* 176. *Faſchius* curavit Colon apertum imperfecte. *pag.* 178. Unum ab aperto ibidem Colo, alterum ab aperto Ileo *Malavallus* perfecte curavit. *pag.* 178. Apud *Schenkium Sedelius* ab Ileo, ut videtur, ibidem aperto, curavit integre. *pag* 179. *Ramdohr* apud *Heyſterum* partem notabilem gangrænoſi inteſtini exſcidit, extrema univit, hominemque in integrum reſtituit. *pag.* 180. *Albini* miles cum aperto Colo in 20. annum adhuc vivebat, ſed morboſe: quales imperfectas curas cum Ano factitio *Mangetus* & *Kalſchmidius* referunt. *pag.* 181. Integram ſanitatem *Pfaffius* homini reddidit, cui tribus in locis Inteſtina per abſceſſum foras patebant. *pag.* 182 Ilei perforati curam integram perfecerunt *Maichanquez* & *Patinus. ibid.* Et duas curas ſimiles N. C. referunt. *pag.* 185. Duas perforati Ilei inteſtini curas *Harderus* narrat; quatuor *Mangetus. Acta Suecica* Inteſtinum rodente Tænia pluries apertum narrant

Pulcram ejusmodi curam *Acta Acad. Reg. Chir. Pariſ.* referunt. *pag.* 186. Stupenda Cura perill. ac magn. primi Facultatis Præſidis *Keſtler* in femina, cui portio Inteſtini Coli ſemipedis longitudine per Herniam incarceratam perierat. Epicriſis ad hunc caſum. *pag.* 188. Aliud exemplum Inteſtini longo tempore perforati, ejicientis tenuem per inguen materiem. *pag.* 192.

Mali hujus terrifici Prognoſis, ſive mortis, ſive ſanitatis, ejusque aut integræ, aut defectuoſæ. *a pag.* 194. *ad* 199. Indicationes & Cura. *pag.* 199. *&c.*

Apertura Inteſtini in inguine noſtræ feminæ, cujus occaſione hæc digreſſio facta omnis fuit, integre curata eſt; ita tamen, ut manſerit Hernioſa. *Tom. VII. pag.* 204. Hernia tandem poſt decennium periit, cujus hiſtoriam, cum miranda Anatome, Tabulis æneis expreſſam, proximus Tomus dabit.

Inteſtinis vulneratis, aut apertis, cur tuſſis, eaque vehemens ſæpe, & diuturna? Reſpondetur per ſimilia obſervata in affectionibus Ventriculi Uteri, &c. *Tom. VII. pag.* 201.

Inteſtina tenuia, parsque craſſorum, in glomerem collecta a ligamentis quibusdam cartilagineis. *Tom. XI. pag.* 313. Idem in alio corpore, cum Aſcite. *ibid.* *Inteſtina* fere omnia monſtroſi Omenti ope in unam molem compacta, una cum Hydrope. *ibid.* Inteſtini Coli, Duodeni, Ilei, vario modo a ſano ſtatu degenerantium, in *Colica pictonum* præprimis, effigies quatuor in principio *Tom. X.* *Inteſtini Coli* duodecim effigies, ut quantopere hoc a naturali ſtatu ſæpe degeneraſcat, intelligatur. *Tom. XI. ad finem Cap. V.* Inteſtini Coli figura, ſic exhibita, ut vis deleta valvulæ appareat, ad intellectum Ilei & Miſerere mei. *ibid.*

Inteſtinorum una cum Ventriculi, Omenti, Meſenterii, univerſique Peritonæi, inflammatione, ſine conſuetis ſuis ſignis in Peripneumonico. Diſcuſſio pathologica de hiſce. *Tom. XIV. a pag.* 10. *ad* 24.

Mira quidem de *Ileo*, *Inteſtinorumque* morbis inflammatoriis notata a *Morgagno* legimus, (vid. Morgagnus) verum hiſce mirabiliora nobis patuerunt in Cadavere hominis, quem omnia hæc mira ſymptomata breviore tempore necarunt, ac nullam interea ventris, aut duritiem, aut tumorem oſtenderunt, alvumque ſervarunt apertam. Ut profecto inter fallaciſſimos morbos hæc Inflammatio ſit. *Tom. XIV. pag.* 18. *&c.*

Ex obſervatis *Morgagni*, *Valſalvæ*, *Riverii*, *Simſonis*, conſtat 1*mo* dari inflammationes notabiles, quemadmodum aliarum partium, ſic quoque & *Inteſtinorum*, citra magnam febrem. 2*do* etiam aliquando citra vel minimam. 3*tio* Adeſſe ſine febre, ſed cum dolore. 4*to* Adeſſe cum febre, ſed citra dolorem. 5*to* Inteſtina a morte inflammatiſſima deprehendi absque vel febre, vel dolore. *Tom. XIV. a pag.* 123. *ad* 134. Conſilium *Albertini* ad *Morgagnum* hoſce ſtupendos caſus ex pulſu, abdomine, ac vultu, internoſcendi. *ibid. pag.* 134. Excedit vero extra hæc magnorum Virorum illorum obſervata Hiſtoria recenſiti noſtri ægri, cui in diriſſima univerſaliſſima Inflammatione Inteſtinorum, ac tot partium aliarum, neque Abdomen vel hilum intumuerit, vel unquam defuerit alvus. *ibid. pag.* 136. *&c.*

Inteſtinorum, pluriumque viſcerum Abdominalium inflammationes, in Cadaveribus ſubmerſorum, ſuſpenſorum, & morbis inflammatoriis pectoris defunctorum. *Tom. XV. Cap. II. Sect.* 2.

Irritabilitas. vid. *Senſibilitas*. vid. *Cor*. vid. *Haller*.

Iſchiadicus. vid. *Coxarius dolor.*

Itineratores plurimi laudantur, qui Hiſtoriam ſcorbuti ſuis obſervatis illuſtrarunt. Vid. *Scorbutus.*

K.

Kermes minerale a quibusdam Theoreticis, Clinices ignaris, falſo dicitur Emeticum, ſi cum acidis miſcetur, fieri. Contrarium ex Chemia *Boerhaaviana* probatur primum, dein experimentis innumeris, tertio per experimentum in Autoris ipſius' Pleuroperipneumonia captum. *Tomo. X. pag.* 293. *&c.*

Kleinius Miliaria negavit critica eſſe. *Tom. IX. pag.* 98.

Kœldererus Miliaria critica eſſe negavit. *Tom. IX. pag.* 98. *ad* 100. Vehementer invehitur in Miliarium ac Petechiarum genitores, promotores. *Tom. X pag.* 293.

L.

Lac utiliſſimum, vel ſolum, vel miſtum variis Decoctis, miſtum cum Decoct. Cort. Peruv. &c. *Lac* aqua miſtum, potus egregius eſt in Variolis, Morbillis. Optimum eſt in Balneo Fomentoque crurum in iisdem morbis; & miſtum aut cum aqua pura, aut cum decoctione ſeminis *ſumach*, oculos munit in Variolis. *Tom. II. pag.* 53. Convenit in his morbis, in omnibus inflammatoriis, multisque chronicis, *Lac ebuty-*

ratum

ratum, & *Lactis ſerum*. ibid. *Lac* cum ſapone Veneto copioſo, *Lac* cum Aqua calcis, egregium ſæpe præſtat calculoſis auxilium. *pag*. 206. & *Tom. III. pag*. 141. 152. 182. 191. Lac in Ulceribus malignis, oſſa ipſa jam erodentibus, cum Decocto Peruviano miſtum, miras curas edidit. *Tom. III. pag*. 207. Optimum eſt Lac cum aqua iis, qui ſoluto Merc. ſubl. utuntur. *ibid*. 209. Utiliſſimus potus Veneno ſumto. *Tom. III. pag*. 86. *&c*. *Lac* in *Colica Pictavenſi* præſtantiſſimum *ibid. pag*. 89. In Phthiſi iſchiadica, ſeu Coxario morbo, etiam cum ulceribus oſſa depaſcentibus. *pag*. 161. *Lac* cum Omento animali coctum Dyſenteriam colliquantem ſiſtit. *Tom. XII. pag*. 253

Laguſius. Vid. *Haſenöhrl*.

Lambswerde apud *Scultetum* laudatur in profunda uſtione Cranii ad rebelles morbos Encephali. *Tom. VI. pag*. 249.

Lanciſius corripuit blande *Cocchium* in famoſa quæſtione materiæ turgentis, veluti ab *Hippocrate* nonnihil recedentem. *Tom. III. pag*. 12. Laudatur illius Liber de *noxiis Paludum effluviis*, in quo de humani corporis vermibus, deque morbis verminoſis diſſeruit, & *Varonem*, *Columellam*, ac *Palladium*, Pathologiæ animatæ parentes eſſe cenſuit. *Tom. XIV. pag*. 174. & 197.

Langius trium *Langiorum* junior, Peſtem unice ex Eruptionibus dijudicandam eſſe cenſet: citra tamen illas Medicum Peſtis habere ſuſpicionem poſſe; prudentem autem in ea ſuſpicione illum eſſe oportere, ne malignum morbum pro Peſte habeat. *Tom. XIV. pag*. 280

La-

Lapis infernalis poſt exigui Tuberculi in Tibia ablationem imprudenter admotus, cauſa Tetani fuit, Emproſtotoni, Convulſionum abdominis, Iſchuriæ, Febris inflammatoriæ, ac Mortis. *Tom. VI. Cap.* 4. *probl.* 8.

Laqueus in ſuſpenſis & ſtrangulatis non eodem in loco ſtringit, ſed his ad Trachææ principium, illis ſupra Cartilaginem Thyroideam, aliis iterum in media hac Cartilagine. Linguam exſertam, vel non exſertam, habent hi perinde, quemcunque laqueus ſtrinxerit locum. *Tom. XV. Cap. II. ſect.* 2.

Laugier (Robertus) a ſua prudentia modeſtiaque laudatur, in dijudicandis Medicamentorum chemicorum viribus ac proprietatibus. *Tom. X. pag.* 299.

Lautter Miliaria critica eſſe negavit. *Tom. IX. pag.* 100. Febres hæmitritæas, ardentesque, ſi *Hippocraticæ* Methodo non cederent, ac malignitatem ſaperent, Cortice peruviano feliciter profligavit. *ibid. pag.* 239.

Lazareta, ſeu Noſocomia peſtiferis ſuſcipiendis deſtinata, nocentiora, quam utilia eſſe, plura argumenta evincunt. *Tom. XIV. pag.* 313.

Lecti refectio mutat putridam ægrotantium Athmoſphæram, debilitatem a perpetuo decubitu oriundam præcavet, blandum ſomnum ſæpe conciliat, conſuetam poſt morbum debilitatem abbreviat. Prævenit ſudores ſymptomaticos in Acutis: differtur tantummodo in ſudore ſive bono, ſive critico. *Tom. I. pag.* 48. Prævenit partium excoriationes. *ibid.* In Varoilis Morbillisque aut prævenit, aut moderatur malignitatem,

Pe-

Petechias ac Miliaria averruncat in acutis, nec non deliria, iſchurias &c. *Tom. VIII. pag.* 149.

Lemnius (Levinus) plurium hiſtorias tradidit, qui habiti mortui, diu poſtmodum vixerunt, notavitque multa ſcitu neceſſaria ad hanc rem. *Tom. XIII. pag.* 277.

Lepus marinus an venenatus? an cum ſquillis marinis coctus has reddidit venenatas? *Tom. III. pag.* 86.

Leyſterus (Martinus) bonus ſcriptor, minus ſequendus tamen ubi Diſciplinam Hippocraticam ad ſyſtema Recentiorum nimis accomodare tentavit. *Tom. X. pag.* 251.

Lind egregius autor eſt, attente de ſcorbuto legendus. *Tom. VIII. pag.* 227.

Linſchoten itinerator ſuper ſcorbutum legendus. *Tom. VIII. pag.* 208.

Lithotomia. Vid. *Calculus.*

Littreus de Tympanitidis ſede & materia legendus. *Tom. II. pag.* 78. Suppoſuit Epiglottidem clauſam in Submerſis eſſe ſub aqua, ſurrigi dum ex aqua educuntur, hacque de cauſa aquam fere nunquam inveniri in illorum Pulmonibus. *Tom. XIII. pag.* 208. In ventriculo autem ſubmerſorum aquam adeſſe. *ibid.* 210.

Loew. Bene intellexit *Hippocratis* mentem de dandis vel non dandis in acutorum principio Emeticis. *Tom. III. pag.* 9.

Lommius ut proxime præcedens. *ibid. pag.* 8.

Lug-

Lugdunenſes in Gallia Chirurgi præſtantes Opus *de Submerſis* edidere, præclarum quidem, ſed ſufficientium experimentorum defectu minus aptum ad convincendum. Cur ſtatuerint Puellam *Claudinam Rouge* violenta manu fuiſſe ante ſubmerſionem peremptam? cur hæc minus vera? Difficultas hæc, & ſimilia, enodanda; quod tamen enodare Medicorum atque Chirurgorum eſt. *Tom. XV. cap. II. ſect. I.*

Lumbago Arthritidis ac Rheumatiſmi materiei ſolet adſcribi, ubi interdum vera Inflammatio eſt, in diram Suppurationem abeuns, & priusquam foras ſe prodit, oſſa, ligamenta & carnes rodens, conſumens, lentamque inferens ac calamitoſam mortem. Vid. *Coxarius dolor.*

Luſitanus (Zacutus) conſervavit nobis hiſtoriam Archiatri Reginæ *Eliſabethæ*, qui hominem, quem jam mortuum omnes ex Apoplexia cenſebant, in vitam reſtituit. *Tom. XIII. pag.* 277.

Lympha ex Ventre hydropico collecta, ſubviridеſcens, turbida, inodora, poſt octo horas floccos oblongos albosque a ſuperficie deorſum verſus agere cepit, alteroque die pus in fundo formare. Pars ejus tenuior ad ignem coagulabatur. Hæc Lympha omnis, in vitris apertis, in calore intra 60 & 65. gradum, in 12. diem ſervata, nullum fœtorem contraxit, colore viridis fuit, craſſa ac flocculenta in ſe ſuſpenſa geſſit, ſpiſſumque gelatum, hic pure, ibi ſanguine miſtum, depoſuit. Eadem poſt quadriduum phænomena. Tenuior ejus pars ſyrupi violarum colorem non mutavit. Cum aceto non efferbuit; nec cum Nitri ſpiritu: ad ſingulas vero hujus illa-

illabentis guttulas nova formavit coagula. In cochleari tandem expoſita igni abivit mox in coagulum. *Tom. IV. pag.* 73.

Lympha Hydropicæ ſub ipſa Paracenteſi cam acido non efferbuit, ad ignem coaluit. *pag.* 80

Lympha cur tam cito recreſcat, & poſt Paracenteſin citius? *pag.* 115.

Lympha ſeu ſerum ſani ſanguinis, æque ac Ovi albumen, in viridem mutat violaceum ſyrupi colorem. *pag.* 209.

Lympha alia Paracenteſi educta pondere 56. Librarum, fuſca, turbida, inſtar Chocoladæ potus, ne poſt integram quidem ſeptimanam fœtuit. Expoſita mox dum effluebat, igni parte avolavit, parte coaluit. *Tom. V. pag.* 56.

Lympha alia Hydropici, turbida, fuſca, tenax, non fœtens; quiete ſecedens in pellucens Gelatum, & in fuſcum ac fere limpidum liquorem, qui penitus igne coagulabatur. *Tom. V. pag.* 64.

Lympha alia a Paracenteſi minime olens: ad ignem coagulabilis, flavo - virideſcens, turbida brevi, & floccos ac filamenta ſuſpenſa gerebat. Eadem in aëris calore 63. 65. graduum, poſt 15. dies nec dum oluit, & expoſita igni in ſpiſſum coagulum abiit. Syrupum violarum mox viridem reddidit. Eadem Lympha die ab operatione 23. cum aceto quidem efferbuit, ſed licet jam præ putredine alcalina, ad ignem probe coagulabatur. Quid ergo de illa ſententia, quæ putridos humores vi ſua plaſtica privari ſtatuit? *Tom. XI. pag.* 241.

Lympha alia, pondere 54. Librarum educta, in calore 68. 70. graduum patulis in vitris ſervata, primo non oluit quatriduo; eo vero elapſo fœtorem paulatim contraxit, ultima potiſſimum ſui portione, cui miſcuerat ſe ſanguinis tantillum

tillum

tillum. Sanguis ille pauxillatim evanuit, limpidiſſima, colorisque expers Lympha evaſit, & ſenſim tandem putreſcens, copioſam arenam eum in modum vitri magni lateribus affixit, quo ſæpe id urinæ ſolent. Unde quæritur, an adeo mirum videri debeat Calculos humano in corpore generari ubique locorum? Difficultati contra hoc motæ reſpondetur. *Tom. XI. pag.* 221. Eadem hæc Lympha & recens, & putrida, in veram ſciſſilem maſſam ad ignem coibat. *ibid.* 222.

Lympha alia ſub Paracenteſi mox explorata thermometro, eos caloris gradus intra horæ quadrantem ſignavit, quos mox ante Hydropica hæc habuerat, 99. ſcil. graduum. Lympha hæc & recens, & putreſcens, ad ignem avolavit.

Lyſimachia, ſive *Salicaria*, aut *Lythrum*. Ejus tres ſpecies a *Dodonæo* laudantur, ubicunque adſtrictione opus eſt; ſed hæc ſpecies, illi ignota, ab illius Commentatore *Ravclingio* earundem eſſe virium fertur. Eximii Botanices cultoris *Lucæ Miſley* perſuaſione, atque experientia, decem Dyſentericis in Noſocomio practico data eſt optimo cum effectu, annoſamque, & ad omnia rebellem Diarrhœam feliciter curavit. *Tom. III. pag.* 195. *Tom. IV. pag.* 231.

Maartens

M.

Maartens legendus eſt *de Scorbuto* in Itineris ſui Diario. *Tom. VIII. pag.* 241.

Macbride, Brittanus Autor, publice laudavit Methodum Hippocraticam *Noſcomii Practici Viennenſis. Tom. XIII. pag.* 82. Theoretice ac practice conatus eſt explicare eo illam modo, ut neque theoretica neque practica explicatio per omnia videatur ſatisfacere. Laus *Macbridii.* Methodum noſtram eam ob cauſam utilem cenſet, quod ex iis, quæ in fermentationem prona, noſtris ægris cum medicamenta, tum alimenta, paremus. Oſtenditur hæc non operari ut fermentantia, verum ut ſolventia, contrariaque putredini; neque ea fere juvare, niſi cum reliquo toto Noſocomii regimine. *ibid. pag.* 92. Perperam fermentationem & putrefactionem, res oppoſitiſſimas, unam eandemque Naturæ operationem eſſe ſtatuit, pejusque adhuc inde concluſit. *ibid. pag.* 96. *Macbridius* ad Syſtema chylopoieticum explicandum ſtatuit Elementorum Corporis animalis vinculum aëra eſſe, ſecutus *Haleſium* atque *Pringleum.* Refellitur autem ex *Boerhaavio* & *Hallero:* & quæ ambiguitas in variis *Halleri* locis videri quibusdam poſſet, ex ipſo *Hallero* tollitur. *a pag.* 98. *ad* 107.

Macbridius exinde putrefactionem naſci arbitratur, quod Aër, qua Vinculum, ſe extricat de fibrarum elementis; quapropter & a crimine putrefactionis abſolvit aërem athmoſphericum omnem. Refellitur experimentis *Boilei*, *Cæſaris Magati*, *Boerhaavii*, ſuisque ipſius propriis. *ibid. a pag.* 107. *ad* 111.

Ab eodem aëre vires Alimentorum & Medicamentorum noſtrorum repetenti, quaſi hæc fermentarent in viis primis, natumque exinde Gas quoddam ſylveſtre lactea ſubiret, tum & aër inde cum humoribus miſtus eorundem putredinem aut arceret, aut emendaret, imo ea de cauſa veluti ſecunda fermentatio fieret; hæc omnia, inquam, ex ſuo ſyſtemate repetenti, exponitur, quouſque demum experimenta evincant inchoatam Vegetabilium fermentationem pervenire poſſe; ac propterea ejus opinionem admitti nullatenus poſſe, cum ea deſint, quæ fermentationem ceptam promoveant. Confirmantur hæc ex *Boerhaavio* omnia. *a pag.* 111. *ad* 116.

Abſurdum quid ſequitur ex ea ſententia *Macbridii:* ſcilicet Aër, id ſi faceret, quod ille vult, primum induraret alimenta ſic, ut nunquam in Chylum mutarentur; idemque abſurdum aliis ejuſdem confirmaretur experimentis. *pag.* 117. Negat Gas ſylveſtris deleteriam vim, Choleræque genitricem, haud contra omnem autoritatem modo, quam contra millena ac quotidiana exempla. Duplex Choleram curandi Methodus *Sydenhamiana* eum confodit tandem. *a pag.* 119. *ad* 126.

Macbridii argumentum de Peruviano Cortice, ac ſi ille ſuo aëre fixo gangrænam præveniret, refellitur ratione, refellitur Chemicis ejuſdem propriis experimentis, refellitur tandem experientia practica multiplici. *ibid. a pag.* 126. *ad* 132.

Scorbutum ſupponit per idem ſuum ſyſtema ſic Vegetabilibus curari, ut copioſus aër fixus plantarum cum humoribus miſtus, eoſdem a putredine, ſolida autem a Gangræna, præſervet. Reſponſum vide in Scorbuto. *ibid. a pag.* 232. *ad* 260.

Mac-

Mac-neven ô Kelli, Pragenſis Facultatis Med. Præſes, teſtis autoptes fuit horrendi ac ſingulariſſimi morbi, qui in Noſocomio practico viſus, & *Tom. II. a pag.* 104. *ad* 106. traditur. *vid. ibid.* Detrimentum luxit Emeticorum in quadam *Bohemiæ* Regni Epidemia, in qua primo adſpectu indicata videri potuiſſent. *Tom. III. pag.* 12. Laudatur utiliſſima ejus *Diſſertatio de raro* Ventriculi caſu, quem vide ſub *Ventriculo*, & ſub *Vomitu. Tom. VI. pag.* 13. *Tom. XI. pag.* 311.

Malignitas quid in morbis perperam vocetur, quid ſecundum omnem ſcholam Medicam proprie dici debeat. *Tom. III. a pag.* 1. *ad* 5. *& paſſim in Tomorum plerisque, ubi de Petechiis ac Miliaribus ſermo fit.*

Maligni morbi. Vid. *Malignitas.* Morbi maligni illi anni 1756. & 1757. fuerunt, quos ceptos comittabantur, nec deſerebant progreſſos, Vomitus non ſedandi, aut Dyſenteria pertinax, aut junctum utrumque: Emetica & Purgantia funeſta plerisque; ſervabat autem admodum multos mutata prior methodus in emollientem, involventem, ac paregoricam. Explicatio pathologica hujus. Confirmatio ejusdem ex altera *Sydenhami* Choleram curandi Methodo. *Tom. II. mox ab initio.*

Maligni morbi nulli per ſe ſunt, ſed per accidens, ut ajunt, tantum: ut Variolæ malignæ dantur, ſic & multo plures benignæ. Idem de omnibus morbis affirmatur, etiam de Hemitritæis. Ipſa Peſtis benigna in pluribus eſt. *Tom. IV. in principio.* Reliqua, quæ ad Malignitatem ſpectant, recenſebuntur in *Miliaribus*, *Petechiis*, *Variolis*, *Scarlatina.*

Morbus vere malignus fuit, in quo, poſt neglectam Peripneumoniam, primo Scarlatina oriebatur, tum Miliaria, dein Variolæ, tandem Petechiæ ſupervenerunt. *Tom. II. pag.* 105. *&c.*

Malignis in morbis ſolutum ſanguinem eſſe error eſt, quem centena experimenta vix poſſunt corrigere. In maligniſſimo morbo mox recenſito, ſanguinis aut pleuriticus apparuit, aut ſano more compactus, usque ad poſtremas vitæ horas. Plura exempla vide *Tom. III. pag.* 120. *Tom. XI. pag.* 124.

Mamma in Scirrhum verti, in ipſumque Cancrum aliquando videtur, dum interea ſolis ſcatet Hydatidibus. Vide hoc pluribus exemplis demonſtratum in *Anatome LXVII.*

Mangetus deſtruendo in præparatione Valvulam Coli, ejusdem negavit præſentiam. *Tom. II. pag.* 84. Excitantur multa exempla ex ejus Operibus de curatione foras patentium Inteſtinorum. Vid. *Inteſtina & Ileus.*

Marquardus duobus abhinc Sæculis Variolarum maturarum transſciſſionem *Viennenſibus* commendavit. *Tom. II. pag.* 61. Sapienter de materie turgente in Acutorum principio ſcripſit. *Tom. III. pag.* 8.

De **Maris æſtu** minime cum *Neutono* convenit *Bernouilli*, cum Neutro *Eulerus.* Exemplo affertur, quo noſtra primarum in Natura cauſarum ignorantia demonſtratur. *Tom. II. pag.* 141. Vid. *Polignac.*

Marrhubium laudatum fuit in Abſceſſuum, eorum maxime, qui Pulmone latitant, curationem; experimentum autem primum, eo factum, non ſucceſſit. *Tom. V. pag.* 233.

Mar-

Martianus (Proſper) cum urina nigra cenſet poſſe acute laborantem emergere, ſi per alias vias bonæ contingant Excretiones. *Tom. VIII. pag.* 38. Per ſolas urinas Criſin poſſe optimam fieri expertus eſt. *ibid. pag.* 69. Hippocratis de Sputo, ac Vomitu ſanguinis ex Hepate, textus explicuit. *Tom. X. pag.* 309.

Matthæus de gradibus In Ileo morbo fœces, Enemata, & Suppoſitoria, vomitu reddi obſervavit. *Tom. II. pag.* 83. *&* 96.

Maſſilienſis Peſtis definitiones variæ extant; ſed quam ineptæ ad eandem haud in principio modo, verum quoque in multo ejus progreſſu, a ceteris febribus malignis interſtinguendam fuerint, vel ex eo liquet, quod horrida Lues plures millenos dudum ſtraviſſet, antequam Peſtem eſſe Medici, etiam celeberrimi, faterentur. *Tom. XIV. pag.* 209.

Maſſuet anonymi tractatus *de Colica Pictonum* Autor eſt. In periodici Operis *Bibliotheque raiſonnée* vocati *Tom. VIII. & IX.* totus habetur. Peculiarem obſervationem habet de tumore, qui in hoc morbo dorſum manus obſidere ſolet. *Tom. III. pag.* 114. *Tom. X. pag.* 96.

Maſtix cum Spiritu vini in Emplaſtrum redacta, egregium præſtitit in Iſchiadico dolore inveterato auxilium. *Tom. IV. pag.* 155.

Mead Furunculos ab inoculatis Variolis, quam a ſpontaneis, frequentiores obſervavit. *Tom. II. pag.* 20. Curam Viperinam laudavit. *Tom. IX. pag.* 246.

Medicamentorum vires ex notis eorundem qualitatibus difficulter cognoſcuntur; ex effectis melius: tum etiam melius ex eorum facta cum Alimentis comparatione. *Tom. VII. a pag.* 45. *ad* 52. Et ideo Vires illorum minus, niſi per effecta, cognoſcuntur, quod Chemia, aut Hiſtoria naturalis, ſua Analyſi aut demat quid illis, aut ſubſtituat; cum ejusmodi Machinam non poſſideat, poſſidereve poſſit, quæ ſimilis ſit Machinæ animali, ſoli CREATORI notæ. *Tom. X. pag.* 277.

Medicos decet proprios fateri errores, ne alii labantur in eosdem. Vide *Errores. Medicos* candide agere oportet, nova ſi quædam in Arte laudantur. Quippe ſi aut mente præoccupata nova repudiant, aut nimia præcipitatione, glorioſæque captatione, ea forſitan plus æquo efferunt, ſapiens Poſteritas, his vacua paſſionibus, alterutros proſtituet. *Tom. VI. a pag.* 315. *ad* 317. *&* *Tom. XII. pag.* 114.

Van Meckeren (Job) pecculiari modo ſecabat in Atreſia Hymenem. *Tom. VI. pag.* 46.

Membrana *factitia* ex ſanguine humano conficitur. Varius omnino quo conficiatur modus. Vocatur & *Ruiſchiana. Tom. I. toto capite* 6. *Membrana* aut flava, aut alba, viſcera humana ſæpe ſuccingens, undenam orta? Involutum ea ſæpe totum Pulmonem videmus, Pleuram, Pericardium internum, externumque, utramque Diaphragmatis faciem, Hepar, Splenem, Meſenterium, Inteſtina, Cerebri & Meninges, & Ventriculos ipſos, *ibid.* Similis factitia Membrana in abdomine, ſed rubra tota. *Tom. XII. pag.* 253. *& a* 264. *ad* 268.

Mem-

Membranæ veræ dire inflammari poſſunt; haud enim mera celluloſitatis complanatione conſtant, ſed cum hac ſubſtantia vaſis numeroſis gaudent. Vid. *Pleura.* Vid. *Meſenterium.* Vid. *Peritoneum.*

Menbranæ omnes,, ut Ventriculus, Inteſtina, Pleura, Pericardium, Menſenterium, & quidquid demum generis membranacei univerſo in corpore eſt, ſæpe ab inflammatione rubent vehementer, & vel nihil, vel modice, vel vehementer dolent. Numeroſis proinde eas vaſis ſcatere oportet, & nervis, ſeu in propria ſubſtantia diſperſis, ſeu incumbentibus; quod idem de Tendonibus, deque Ligamentis, fatendum eſt. Inquiritur cur alio atque alio tempore doleant, & non doleant? *Tom. XIV. a pag.* 102. *ad* 115. Admittuntur hæ Phænomenon cauſæ haud minus ab his, qui membranarum ſenſilitatem negent, quam ab illis, qui admittant eandem. *ibid.* Epiſtola Ill. *Halleri* hoc explicans. *ibid.* Nodus tamen inſolubilis utrique parti manet, cur ſcilicet illæ membranæ, quas ſenſiles atque irritabiles eſſe a parte conceditur utraque, hominem inflammatione diriſſima perimant, cum modico aliquando, aliquando ſine vel minimo dolore? Exempla hoc demonſtrantia. *Tom. XIV. a pag.* 123. *ad* 138.

Menſes copioſiores a vi electrica. An & bona dolorifice menſtruantibus? *Tom. III. pag.* 220. Menſibus etiam fluentibus non perraro Venæ ſectio facienda repetendaque eſt. *Tom. IV. pag.* 203. Menſtrui cruoris quantum in hiſce Regionibus feminæ paſſim ſtillent? *ibid.* 204.

Menſurati Medicus apud *Styro - Græcenſes* laudatiſſimus, de cura prophylactica Colicæ Pictonum egregia cum Autore communicavit. *Tom. I. pag.* 154. Ejus pulveris contra ſtrumas com-

 poſitio.

poſitio. *Tom. II. pag.* 188. Tironem militem copioſum, maligne decumbentem, mortis e faucibus Cortice peruviano multo eripuit; affectus tandem eodem ex contagione morbo, negato ſibi Cortice moritur. *Tom. III. pag.* 63.

Mercatus (Ludovicus) *Hippocratem* de turgente in Acutis materie agentem rite intellexit. *Tom. III. pag.* 8. Cenſuit cum Urina nigra acuto ex morbo ſervari ægrum poſſe, ſi ſalubres excretiones per alias vias fiant. *Tom. VIII. pag.* 38. In pulſu peripneumonicorum *Galeni* autoritati nimium detulit, licet ejus præcipuum argumentum ipſi videretur invalidum. *Tom. IX. pag.* 81. Peſtis definitionem dedit ſat diſtinctam, aſt longam valde, nec Peſtem, niſi jam confirmatam, urbes agroſque ſternentem, cognoſcendam præbet. *Tom. XIV. pag.* 257.

Mercurialis Herba, mite Hippocratis purgans, quando & quomodo id, ſive in Acutis, ſive in Chronicis, dabat. *Tom. XII. pag.* 97.

Mercurius *dulcis* ab Empyrico dragmæ pondere Iliaco datus nocuit. *Tom. XI. pag.* 175. *&* 178.

Mercurius ſublimatus corroſivus, ſpiritu Frumenti ſolutus, proficuus eſt in morbis Venereis, morbisque Venere ortis. Juvit ad Corneam, Venere opacam, clarificandam. *Tom. I. pag.* 150. Ad tumores duros reſolvendos fruſtra adhibebatur. *Tom. II. pag.* 188. Pannis, Albuginibus, Arthritidi Venereæ, Venereque obortis Iſchuriis, profuit. *ibid. pag.* 209. Confirmantur hæ Curæ. *Tom. III. pag.* 198. Et *Joannis Bonna*, celebris apud *Veronenſes* Medici, teſtimonio. *ibid.* Plures aliæ curationes. *Tom. IV. pag.* 239.

Mercurius vivus, ſeu *crudus*, ter datus Libræ dimidiæ pondere Iliaco, cui Mercurii dulcis dragma data fuerat, eum a morte non eripuit. *Tom. XI. pag.* 175. *&c.* Libra Mercurii cum oleo amygd. terno hauſtu data ſolvebat Ileum, quem nec Tabaci clyſmata, nec Fulminans aurum, periculo eximere potuerant. Ilico ſolvebat ventrem, ſed die 14. poſtquam potus fuerat, adhuc aliquid ejus in alvo apparuit. *ibid. pag.* 183. Similem bonitate ac feſtinatione curam *Hoffmannus* referens, una retulit duarum ſeptimanarum ſpatio alvo quid *Mercurii* prodiiſſe. *ibid. pag.* 185.

Mercurio vivo alius Ileus cum cæteris auxiliis curatus fuit, & die demum nono exivit *Mercurius* alvo. *ibid. pag.* 188. Variorum Autorum variæ *Mercurii vivi* in Ileo doſes, ſucceſſusque earundem. *pag.* 190. An cum præclaro *Hoffmanno* metuendi Nervorum morbi ab ejusmodi liberali *Mercurii vivi* doſi? Au illi non forent globuli aurei præferendi? Ratio, cur hic metus eſſe videatur panicus. *ibid. pag.* 191. Nunquid *Mercurius vivus* liberaliter hauſtus frigore noceret? Imo frigore prodeſſe multis argumentis evincitur. *ibid. a pag.* 194. *ad* 200.

Meſenterium Inflammationum ſæpe ſedes. Vid. *Membrana.* Nec minus ſedes eſt Obſtructionum, tumidarum glandularum, Tumorumque prægrandium. *Vid. Anatomen variam.* Quando Inteſtinum tenue in Herniam integrum incidit, una cum eo incidit Meſenterium ejus dorſo annexum. *Tom. II. cap.* 4. Eſt dolens valde, ut patet numeroſis *Ruiſchii* experimentis. *Vid. Membranam.* Meſenterio videtur ſimile Meſocolon eſſe, ſed hoc illo longe minora vaſa lactea habet. *Vid. Membranam.* Intelligitur cauſa doloris Lumborum in Hernia ſtrangulata, quia vel *Meſenterium* vel *Meſocolon*

una cum Inteſtino conſtrictum, ſuam ducit a lumbis originem. Inteſtinum Ileum veram Herniam ſtrangulatam in Meſocolo pati deprehenſum fuit; ſic ut detur Hernia vera, ſtrangulata, interna. *Tom. XI. cap. III.* §. 2. Et ad finem Tomi in Figura.

Metaſtaſis varia in morbis, bona, malaque. Exemplum Pleuritici deſcribitur, cui materies a latere ad utrumque Crus, inde ad Organa Auditus Viſusque; unde tandem immedicabilis Amauroſis. *Tom. III. pag.* 228.

Methodus medendi *Hippocratica.* Vid. *Hippocratem.*

La Metrie laudavit Variolarum maturarum diligentem aperturam. *Tom. II. pag.* 61.

Mezeræus, celebris Galliæ Hiſtoriographus, laudatur in Hiſtoria famoſæ Dæmoniacæ fictæ. *Tom. XV. Cap. IV.*

Miliaria biennii ſpatio ſemel tantum, idque per incuriam, nata ſunt in Noſocomio practico; ter conſpecta in ægris, qui illa ſecum inferrent. Curabantur hi in libero aëre, ac ſi Miliaria non haberent. Climatis clamore per initia perterritus Autor, necdum horum Lectos mutare audebat; brevi autem hoſce vagos eſſe inanesque clamores, expertus, audax deinde, ac ſecurus, bis die hujusmodi ægrorum Lectos refici, & ſummo quidem illorum bono, curavit. *Tom. I. pag.* 51. *&c.*

Miliaria in eodem corpore, & morbo; cum Scarlatina, Variolis, & Petechiis. *Tom. II. pag.* 105. *&c.*

Mili-

Miliaria maligna in febre continua, deinde remittente, die 7. 8. & 9. Morbi penitus evaneſcunt cum malignitatis augmento. Cortice Peruviano a die 12. morbi dato, eumque mox levante, Miliaria demum tempore reconvaleſcentiæ primum pauca, paulatimque copioſa, prodierunt, & cum reſtituta ſanitate continuarunt; interea dum Morbus ipſe alvo, urina, hæmorrhoide, ſudore, judicatus eſſet. *Tom. II. pag.* 110.

Cur aliæ præ aliis Regiones Miliarium ac Petechiarum eruptione magis infames? Experimenta innumera coegerunt autorem, ut raro ea credat aut primarios morbos eſſe, aut Acutorum Criſes; ſed morbis acutis mere epigenomena, imo aliena prorſum. *Tom. IV. mox in initio.*

Ab hiſce uſu Corticis per. curati quondam, optima valetudine frui continuant. *Tom. IV. pag.* 4. Hiſtoria Curationis duorum ægrorum, Petechiis ac *Miliaribus* maculatorum, peractæ Cortice ſic, ut alter eum majore Exanthematum expulſione, alter cum eorundem receſſu, æque feliciter ſaneſcerent. Ubi ſerior datur Cortex, minor effectu eſt. *ibid. a pag.* 5. *ad* 8.

Miliaria & Petechiæ in morbis minime malignis. *pag.* 2. & 3.

Miliaria & Petechiæ ægros ſeptemdecim modo macularunt in Practico Noſocomio, ſpatio ſeptem cum dimidio annorum; eorumque major pars alterutro horum potiſſimum ex contagione jam maculata, in Noſocomium invecta fuit, duo modo ſponte. Porro in ſingulis demonſtrabantur mere Symptomatica Exanthemata eſſe. *Tom. V. toto Cap. I.* Horum denuo felix Curatio, factis faciundis, per Corticem peruv. fuit. *Tom. V. a pag.* 8. *ad* 26.

Hoſce exanthematicos morbos varia generant. Lapides Cancrorum, iidemque ſaturati acido, Abſorbentia terreave alia, data Emetica Purgantiaque

que in principio Acutorum, Aër ſive juſto calidior, ſive non renovatus, *&c. ibid. pag.* 34. plures cauſæ dein ſequentur.

Quæritur an *Miliarium* contagium ita ſimile illi Variolarum, ut non niſi prædiſpoſitos inficiat? Exemplum affirmans. *ibid. pag.* 11.

Miliaria ac Petechias Bezoardicis variis gigni ſummi practici teſtantur, hosque inter *Hoffmannus*, (& *Tralleſius*). *Tom. VII. a pag.* 221. *ad* 236.

Ab Aphtharam communi doctrina non probatur Miliarium natura Critica. Comparatio Aphtharum cum Miliaribus, facta ab *Ill. van Swieten cap. de Aphthis*, poſitiva minime, ſed problematica tantum eſt; unde ex eo concludi nihil poteſt. *ibid pag.* 111. Quin & per emendatiorem Methodum evaneſcentibus in Belgio foederato Aphthis, cadit omne ex eo deductum argumentum. *pag.* 112. Imo Aphthas ipſas Symptomaticas eſſe docuere *Sydenhamus* ac *Boerhaavius*. Et quo hi modo Aphthas, eodem *Allionius* Miliaria averruncanda docuit. *ibid. pag.* 116.

Quemadmodum Luis Venereæ cauſa cunctis ſæculis præextitit, nec niſi exeunte XV. Sæculo Lues infecit *Europæos*; ita *Miliarium* cauſæ dudum extitere quidem, at vero non niſi poſt XVII. Sæculi principium invaſere Mortales: ob quam porro rationem hoc ſic in utroque hoc morbo contigerit, ingenio non aſſequimur; quemadmodum non aſſequimur, cur morbi nonnulli, manentibus eorundem cauſis, ſponte fatiſcunt. *pag.* 117. Ex quo vero Miliaria extitere, obſervatum eſt eadem naſci vel a regimine calido, vel a calidis medicamentis, vel ab aëre, aut non, aut non ſufficienter, renovato, vel ab aëre multorum hominum exhalationibus inquinato, vel ab interna humorum corruptione. *ibid.*

Milia-

Miliaria gignuntur, etſi harum cauſarum vel unica duntaxat adſit. Hinc nihil eorum argumentum probat, qui dicunt etiam ſine Regimine calido, ſine calidis Medelis, Miliaria naſci; nam aliarum cauſarum quæcunque ſufficit. Imo gignuntur invitis Medicis, ubi Vulgus præoccupata Patriæ opinione calidiorem athmoſphæram ægris, egreſſo Medico, conciliant. Quamobrem gigni illa in Noſocomio practico nequeunt. *ibid. a pag.* 119. *ad* 136.

Perperam *Miliaria* dicuntur regulariter procedere, certam ſervare efflorendi, maturandi, exareſcendique periodum, adeoque habere Criſeos normam: etenim *Hippocrates* in Epidemica ardente febre regularem papularum eruptionem, ſuamque periodum obſervantem, memoratus, morbi Criſin non huic, ſed 14. die obſervatis tribuit Sudoribus. *pag.* 137.

Injuſte *Miliaria* ob id quis critica vocet, quod eadem haud liceat ut merum Symptoma, aut moderari, aut abigere, ne pejor morbus, letumque ſequatur; etenim nos *Sydenhami*, & *Allionii* exemplo, noſtraque experientia eruditi, clyſmate, Venæ ſectione, Lecti refectione, libero aëre, & peruviano remedio, illa moderamur, auferimusque cum bonis ægri rebus. *pag.* 141.

Miliaria ac Petechiæ inepte comparantur cum Variolis, ac Morbillis; non enim ut poſterioribus priores, ita prioribus ſupervenire poſteriores ſolent. *ibid.*

Hippocratica inflammatorios morbos curandi Methodus, ab experientia per omnes ſuas partes laudatur in *Miliaribus*, cunctisque exanthematicis morbis acutis, præſertim autem renovati aëris reſpectu. Fruſtra ergo dicuntur medicamentis non generari, dum generantur perpetua ægrotantis in lecto mora. *pag.* 49. *Sydenhamus*

Lecti

Lecti exemptione ipſam prævertebat Variolarum malitiam; ipſique felices hac de cauſa Inoculatores noſtram in Miliaribus praxin confirmant. *a p.* 149. *ad* 159.

Cum omnes magni Artis noſtræ Viri *Sydenhamum* ſuſpexerunt, volupeque ſecuti ſunt, cur aliis in mentem inciderit Medicinam depuratam in antiquam revolvere ſorditiem? *a pag.* 159. *ad* 167.

Ut in acutis, præſertimque malignis morbis, ſic in *Miliaribus* ac Petechiis, Veſicantia ſummi uſus eſſe, ratione, autoritate, experientiaque probatur. Vide *Veſicantia.*

Enumerantur qui *Miliaria* frequentiſſime factitia eſſe cenſuerunt. *pag.* 188. Exemplum luculentiſſimum *Miliarium* ac Petechiarum, aut genitarum, aut minime genitarum, in eodem prope loco, eadem in gente, eodemque tempore, pro methodi ad febres curandas inſtitutæ varietate. *pag.* 193.

Miliaria anni 1764. non viſa in Noſocomio. An quod extincta ſint? Minime; crebra enim in Urbe fuerunt. Igitur ideo non habuimus, quod ea non fabricemus. Repetitio Concluſionis quod Miliaris morbus *Auſtriæ* endemius non ſit, ſed aut erroribus antea recenſitis, aut etiam inevitabili aliquando ægrorum numeroſorum in unum Conclave coactorum, exhalatione naſcatur. *Tom. IX. pag.* 93. Teſtimonia *Köldereri*, *Kleinii*, *Allionii*, *Valcarenchi*, *Glaſſii*, *Haſenöhrlii*, *Lautteri*, Miliaria critica eſſe negantia. *Tom. IX. p.* 98. Autor aliquis de Miliarium exanthematum indole & tractatione, non refutatur, quia refutatur per ſe. *pag.* 101.

Malignæ & *Hemitriteæ*, & *Ardentes* febres, Cortice peruviano egent, ne *Miliaria*, Petechiæve, in iisdem prodeant. Vid. *Febris Hemitritæa.*

Anno

Anno 1765. *Miliaria* nulla viſa in Noſocomio, licet abundaſſent in Urbe & Suburbiis. Optimorum Medicorum quorundam *Viennenſium*, *Hungarorum*, *Sileſiorum*, Magni præprimis *Tralleſii*, tum & celeb. *Köldereri* teſtimonia, quibus noſtra obſervata egregie confirmantur. *Tom. X. a pag.* 196. *&c.*

Cum in quæſtione de *Miliaribus* & *Petechiis* Vir perill. *Pringle*, Archiater *Anglus*, aggreſſus Autorem eſſet, vindicat hic contra *Pringleum*, quæ eo usque conſcripſerat. Quædam hac occaſione de Camphoræ uſu in hiſce morbis, de Morbis *Carceralibus* dictis, de ſede *Miliarium* ac *Petechiarum*. Septem argumenta contra differentiam a *Pringleo* poſitam *Miliaria* ceteraque Exanthemata Acuta inter, & Petechias. Oſtenditur *Miliaria* & *Petechias* eidem exæſtuanti Sanguini deberi, cum per clarorum Virorum obſervata, tum *Huxhami* teſtimonium, eodem in corpore, eodemque tempore, Miliaria, Petechias, & Aphthas, una comparuiſſe narrantis. Oſtenditur Morbos malignos, imo inflammatorios, æque cum ſanguine diſſolutiore, quam cum phlogiſtice ſpiſſo, oriri, & adoleſcere; adeoque a ſanguine determinandam morborum naturam non eſſe. *Tom. X. p.* 243. vid. *Sanguis.*

Repetitio eorum, quæ aut generant, aut averruncant, Miliaria ac Petechias; additurque ad averruncanda eadem prudens ac ſimul ſufficiens Miſſio ſanguinis, in vere ſuppreſſo pulſu toties iterata, donec liber ille & fiat, & maneat. Refutatio objectionum. *pag.* 253.

Milo (Petrus) laudatur in Colicæ Pictonum cauſa determinanda, & cura legitima. *Tom. III. pag.* 87. *Tom. X. pag.* 106.

Min-

Mindererus. In Peſtis definitione ſingularis in eo eſt, quod judicet opus non eſſe, ut Peſtis plures afficiat, ad definitionem ejus dandam; ſiquidem ignis natura æque intelligatur, paucos ne uſſerit, an multos. Utinam ſigna eam, paucos afficientem, cognoſcendi notaſſet! Definitio autem ejus non ſpectat niſi vehementer graſſantem jam Peſtem, quando ejusmodi definitione minime opus eſt. *Tom. XIV. pag.* 272.

Montanus, in magna ſua itineratorum collectione de Scorbuto quædam refert, ſcitu digna. *Tom. VIII. pag.* 206.

Morandus legendus in Cura Aneuryſmatis ſpurii. *Tom. IV. Cap.* 2. Ovarii tumentis, ac Cyſticorum tumorum, de Ventre exemptionem propoſuit. Improbatur. *ibid. pag.* 101.

Morbi acuti, maligni, inflammatorii, putridi, continui, remittentes, intermittentes, ſanabiles, inſanabiles, univerſi corporis, peculiarium partium, &c. vid. *Sing. ſub ſuo titulo.*

Morgagni oſſeas factas invenit Aſperæ Arteriæ Bronchiorumque Cartilagines. *Tom. VII. pag.* 95. In *Apoplexiæ* cauſa determinanda multus eſt, eamque inter alia naſci putat ab effuſa ſupra cerebrum Lympha, quantumvis pauca. *ibid. pag.* 96. Plurimum lucis attulit ad *Hydatidum* intellectum. *ibid. a pag.* 131. *ad* 153. Confirmavit antiquiorem noſtri Noſocomii Obſervationem de Oeſophago, ſub Diaphragmate multum prolongato, antequam in Ventriculum abeat, in nonnullis. *Tom. IX. pag.* 53. Veſicæ urinariæ meminit, ita expanſæ, & propter cohæſionem cum Peritonæo non relabentis, ut vel Graviditatem,

vel

vel Cyſticum referret Hydropem. *Tom. IX. pag.* 56.

Morgagni omnino conſulendus eſt in ſignis Diagnoſticis Hydropis, tum Thoracis, tum Pericardii, quæ dubia valde eſſe ipſe expertus crebro fuit. *Tom. IX. pag.* 57. Morbi meminit, qui verum Aneuryſma vehementiſſime pulſans per menſes quatuor credebatur, unice tamen Nervis tribuendus viſus fuit. *Tom. IX. pag.* 63. Cauſam Gaſtritidis in cadavere ex *Valſalva* refert, ſine percepta unquam Gaſtritide. *ibid.* 56. Eos carpit, qui quod ſanguis olim Cruſtam habens, jam eodem in morbo eadem careat, vel intempeſtive lætantur, vel mala præſagiunt. *pag.* 73. & 75. Frigidum ex *Medavia* refert fluxiſſe de Vena ſanguinem. *pag.* 77.

Raro invenit *Morgagni* Polypum diuturnorum morborum cauſam fuiſſe, confirmavitque proinde Obſervationes Noſocomii. *Tom. IX. pag.* 92. vid. *Polypus.*

Novum *Irritabilitatis* ac *Senſilitatis* Syſtema tacite explodere conatur, modificationemque proponit, occaſione Viſcerum, Partiumque, quæ alio tempore ſentire, alio minime, videntur; quæ modificatio tamen, ex ipſis *Morgagni* obſervatis, non niſi certa quadam conditione locum habet. *ibid. pag.* 109.

Idem incomparabilis Vir, cum laudatiſſimo *Valſalva*, invenit Podagricam materiem vel in Membrana digitorum tendines obvelante, vel intra Articulum coxæ, vel demum in Articulo ſoluto ad Cutim progreſſam. *ibid. pag.* 116. Inflammationes, Gangrænas, Sphacelos, vidit hoc nobile Virorum par, vel ſine febre doloreque, vel cum alterutro duntaxat. *pag.* 119. Obſervavere Peripneumoniam *quater* ſine dolore, ut & *ſemel* Peripneumoniam notham. Vidit *Morgagni decies*

& *nonies* Pleuroperipneumoniam & Pleuritidem illæſa Pleura; vidit *decies* & *quater* Pleuroperipneumoniam & Pleuritidem, cum inflammata Pleura: *Semel* Pulmonem cancroſum citra dolores inde toleratos, *ſemel* citra dolorem inflammatam Pleuram. *Bis* muſculos intercoſtales inflammatos. *ibid. a pag.* 130. *ad* 190.

Morgagni centies ac ſeptuageſies vidit Cor aut modicum, aut multum, aut plurimum, utroque in Ventriculo ſanguinem geſſiſſe. *ibid. pag.* 99.

Curam Viperarum laudavit in pertinacioribus cutaneis morbis. *Tom. IX. pag.* 246. *Tom. XII. pag.* 231.

De Prognoſi in *Tetano* conſulendus. *Tom. X. pag.* 143. Curam *Albertini*, præceptoris ſui, in *Tetano* communicat. *ibid. pag.* 149. Nec non eam *Vallisnerii. pag.* 155. De ſudore bono & malo in *Tetano. pag.* 163. Quædam de Prognoſi ex Urina arenoſa. *ibid. pag.* 173.

Curatum Hydropem refert per enemata Urinæ Juvencæ. *Tom. XI. pag.* 250. Plurima topica ventriculi vitia reperiit pone Pylorum. *Tom. XI. pag.* 257. Cum viſcerum integritate ventrem tumeſcere didicit. *ibid. pag.* 276. Monſtroſus mole ventriculus ipſi obſervatus. *pag.* 311. Renem deſcripſit tantæ molis, ut pleraque Abdominis viſcera in anteriora ad Peritonæum truderentur. *pag.* 315. Notabilis ejusdem obſervatio eſt ventris, tympani inſtar reſonantis, in quo non Tympanitis, ſed fœtidæ Lymphæ quam plurimum inventum fuit. *pag.* 320.

Cautelæ neceſſariæ in ventre examinando, priusquam inſtituatur Paracenteſis. *eodem Tomo XI. pag.* 328. Monſtrat impoſſibile eſſe, ut, pertuſo in Paracenteſi ſacco, evitetur liquoris ejus in cavum ventrem effuſio. *ibid. pag.* 333.

Inter

Inter celerem ac frequentem pulſum *Morgagnus* diſtinguere cogebatur notabili exemplo. *Tom.XII. pag.* 24. In ægrotante obſervavit a ſolo animi motu natam omnem pulſuum varietatem, & quidem primo utroque in carpo, diebus autem inſequentibus in ſolo ſiniſtro, pulſu in altero carpo æquabiliſſimo: levato tandem mœrore, nervisque reſtitutis, pulſum ad naturales motus reſtitutum. *ibid. pag.* 29. Aſphuxias & plures notavit & enormes. *ibid. pag.* 46.

Experimentis XIX. viſa ſunt *Morgagno* ſubmerſa Animalia neque Ventriculo, neque Pulmone, aquam hauſiſſe. *Tom. XIII. pag.* 211.

Per Anatomen oſtendit *Morgagni* Inflammationem Inteſtinorum inter Morbos *acutiſſimos* nonnunquam numerandam eſſe: hanc aliquando habere modicam, aliquando ne vel minimam comitem febrim; imo indolentem plane aliquoties eſſe: eidem tamen ſolere durum tumidumque Ventrem adeſſe, paſſimque obſtructam alvum. *Tom. XIV. pag.* 19. Iterumque univerſa Inteſtina diriſſime inflammata enarrat, citra perceptos in vita dolores, *ibid. pag.* 130. Et parem huic hiſtoriam tradit. *pag.* 131. Sapiens ſuper hac re monitum *Albertini* refert, additque hiſtoriam ægrotantis a ſimili cauſa modoque mortui hominis, priora confirmantem. *pag.* 135.

Pleuritidis ſymptomata Morgagni deſcribit a Verme latitante in hominis Ventriculo. *Tom.XIV. pag.* 146. Conſervavit nobis notabilem *Pedratti* Epiſtolam *de Verminoſa Pleuritide*, ſolideque ſuper ea commentatus eſt. *ibid. a pag.* 149. *ad* 156.

Decies & quater invenit in hominum, communibus morbis denatorum, pulmonibus ſpumoſam aquam. *Tom. XV. Cap. II. Sect. IV.*

Mors. Mortis cauſæ ſæpe difficulter eruuntur in Morbis, & ſæpe quoque in Anatomico conſpecta. vid. *ſub lit. A. plurimas Anatomes.* Sunt ſæpu cauſæ evidentes nullæ; adeſt aliquando cauſa ſufficiens; adſunt aliquando cauſæ plures, quarum ſingula ſufficeret. Eſt quidem ſæpe Pulmonum nimia a ſanguine repletio ultima linea rerum; ſed quæri ſolent debentque cauſæ, quæ demum, ſiſtendo vitalitatis motum, occidant.

Per omnes autem has Anatomicas ſectiones, *ſub lit. A.* relatas, conſtitit immediatas adeſſe cauſas, Vitam extinguentes, in Pulmone, in Corde, in Pericardio, in Humoribus, Aëreve copioſiore, in cavum Thoracis infuſis; in Glottide, in Encephalo, ubi per cauſas multiplices nervi, nervorumque premuntur origines; in gangrænoſa humorum diſpoſitione, qua ad nutritionem, ſecretionemque, redduntur inepti, quam diſpoſitionem omnes Viſcerum, omneſque etiam univerſi interni externique Corporis Gangrænæ inferunt; in cunctis quoque Vulneribus, quæ effundunt cruorem vitalem pœne omnem; in Excretionibus nimiis humorum bonorum, Salivæ, Seminis, Succorum Abdominis, Sudoris, Perſpirabilis materiæ, quæ vel lente, vel ſubito, perimunt hominem; in Viſcerum diſpoſitione phlogiſtica, ita agitante eorundem Nervos, ut hi tota ſua origine turbati, commune ſenſorium deſtruunt, ut v. gr. in uteri inflammatione obſervatur; in Morbis deinde viſcerum abdominalium, Hepatis, Splenis, Inteſtinorum, Pancreatis, &c. unde depravata aſſimilatio, coctioque Alimentorum, & humorum ad nutriendum, atque ad vitam continuandam ineptitudo; in Renum præterea in Ureterum, in Veſicæ, tam ſecernendi, quam excernendi, vitiis; in vitiis præterea Cutis, per quam nocitura alio-

alioquin de Corpore eliminanda, nunc vero retenta, humores tandem corrumpunt; tum & in Viſcerum variorum, Articulorumque, materia ſcorbutica, atrabiliaria, podagrica, rheumatica, venerea, ulceroſa, ichoroſa, ſanioſa, carioſa; in humorum aut phlogiſtica, aut phlegmatica ſpiſſitudine; in Morborum crudæ coctæve materiei vel motu vel quiete, qui humores recenſiti hucusque omnes, intra ſanguinem abſorpti, viſcera quæcunque Capitis, Thoracis, Ventrisque, obſidere & infarcire deſtruereve, ſic poſſunt, ut Circulus ſanguinis ſiſtatur: in Viſceribus ipſis, ſeu uno, ſeu pluribus, ventrem tumore, humore, aëre, ita implentibus, ut muſculi abdominis extenſione inepti fiant ad agendum, ut Diaphragma attolatur, Pulmonumque ac Cordis ſufflaminentur actiones: in ſtrangulatione, ſubmerſione, vaporum quorumcumque ſuffocatione: tandem in Animi motibus lætitiæ, mœſtitudinis, iræ, invidiæ; quæ aut protinus, aut paulatim, vel humores ad circulum reddunt ineptos, vel Nervorum actiones neceſſarias ſupprimunt, vel nimia evacuatione corpora enervant. *Tom. XI. pag.* 79. *&c.* vid. *Anatomes omnes.*

Mortis ſigna vera ſæpe ſunt Rigor inter Tetanum ac Paralyſin medius, Cornea opacari, rugareque cepta; at vero aliquando hæc fallunt, potiſſimum ſeorſim conſiderata: cum utroque hoc ſigno collata morbi natura, mortis majorem certitudinem confert. *Tom. XIV. pag.* 14. *&* 28. Oculi nondum corrugati, ſed opaci, cadaveris ſolitus rigor & ipſa morbi natura, veniam dederunt Cadaver ſolito maturius in Noſocomio aperiundi. Putredo eſt certiſſimum mortis ſignum. *ibid.*

Mortem adeſſe videri, nec ſemper revera adeſſe, Vitamque proinde ſopitam revocari, nu-

merofa exempla oſtendunt hominum, ac brutorum, qui ſtrangulati, ſuffocati, ſubmerſi, congelati, & veram mortem ſimulantes, in Vitam revocati ſunt. *Tom. IX. pag.* 218. *& pag.* 231. Ubi duo ſuſpenſi canes revixerant ſic, ut Circulo ſanguinis contemplando optime inſervirent. *Et Tom. XIII. Capite toto de Submerſis.*

Mortem ipſis annuntiatam deſiderarunt, nec minore gaudio, quam quo alii ad Nuptias convolarent, exceperunt, mortisque formidinem omnem, firma melioris vitæ ſpe ſuperarunt, *Diemerbroekio* teſte, Reverendi Patres *S. Franciſci* ordinis, *Felicianus*, *Tiburtius*, *Gregorius:* mortem intoleranter ac deſperabunde timuit, tulitque, Pater *de Bruin* Jeſuita. *Tom. XIV. a pag.* 424. *ad* 328.

Mors nullane, an certa; inſtans, an remota; prænunciari a Medicis poſſit? Per omnes hujus operis Tomos exempla data ſunt propoſitarum quatuor Quæſtionum, ad easdemque ſolutionum. Et ea quidem lege ut numeroſi plane morbi notarentur, a quibus nullum Vitæ diſcrimen prævideretur; nec numero minores forte recenſerentur, quibus aut apparenter, aut certo, Mors inſtare appareret; nec non plurimi, quibus plus minusve ejusdem prævideretur periculum.

Verum enim vero, cum morbi graves haud raro ſuis ſignis careant, ut cum graves ſint, plane leves videantur; cum 2*do* Morbi leves quosdam homines magis dejiciant, quam alios graves; cum 3*tio* in multæ ſpei ægritudine vel cocta minus materies, vel cocta penitus, vel adhuc cruda, Partes noſtras nobiliores de inſidiis, nec opinato, impetendo, perimat; cum 4*to* tot nos fallant aliena fronte morbi; cum 5*to* toties flammulam vitæ jam jam extinctum iri rati, eandem redivivam tamen mirabundi contemplati ſimus;

ſimus; cum 6to. nos modum duntaxat unicum, eumque adhuc imperfecte valde, cognoſcamus, quo creſcat vita noſtra, quo perſtet, decreſcat, ceſſetque, interea dum ADORANDUS VITÆ LETIQUE ARBITER mille forte modis hoc exequatur; dum denique Sacræ Paginæ ubique nos convincant Dei ſolius eſſe exitus mortis, Deum ad mortem ducere, ac reducere; tutiſſimum profecto ſemper eſt omnem noſtram Prognoſin ad exiguas illas, quas novimus, conſueti Naturæ ordinis Leges determinare, moderari, limitare. Vid. *Vita. Deus. Et Tom. II. pag.* 139. 172. *& totum* 8. *Cap. Tom. III. pag.* 141. *Tom. IV. pag.* 91. *Tom. VI. pag.* 98. 110. 113. 262. 272.

Mortonus Hemitritæas, ipſasque ardentes febres, ſi communi Methodo non obſequioſæ, malignitatem minarentur, Cortice peruviano profligavit. *Tom. IX. pag.* 239. Laudandus in multis Autor eſt, minus tamen in eo ſequendus, in quo Diſciplinam *Hippocraticam* ad Recentiorum placita accomodare ſategit. *Tom. X. pag.* 251. Peſtim in continuam remittentem febrim obſervavit mutari, hancque in illam, alteramque alteri cedere. *Tom. XIV. pag.* 289. Peruv. Corticem in Peſte laudandum eſſe ait, & exemplo rem illuſtrat. *ibid. pag.* 411.

La Motte partum præ invincibili oris Uteri conſtrictione impoſſibilem arbitratus, mox illud adeo relaxatum deprehendit, ut intra mediam horam partum feliciter expediret. *Tom. I. pag.* 138. Obſervatio ejus de luxatione oſſis femoris in Coxa. *Tom. IV. pag.* 127. Laudatur ob Venæ ſectionem fluentibus Lochiis, inſtitutam, atque iteratam. *Tom. IV. pag.* 206. Cauſam vomitus perennis detexit a Cartilaginis enſiformis intro-

preſſione; qua in ſitum reducta, vomitus ceſſavit. *Tom. VI. pag.* 35. Contra *Galenum* ſtatuit, experientia doctus, Uterum graviditate non fieri in ſubſtantia ſua tenuiorem. *Tom. VI. pag.* 25.

Moxa eſt Artemiſiæ lanugo, apud Indos famoſa, ad urenda dolentia loca, in Podagra, Iſchiadica, &c. Uſtione agit, nequaquam vi plantæ. *Tom. IV. pag.* 151.

Mulleri abſurdum ſyſtema, quod Pleura vaſis deſtituta ſit, numeroſiſſima Experimenta deſtruunt. *Tom. XIV. pag.* 87.

Muratorius (Eccles. reverendus) vir eruditis notiſſimus, in pluribus ſcientiis excellens, omnino legendus a Medicis eſt in præclaro ſuo opere *del Governo della Peſte, e della maniere di guardarſene, diviſo in Politico, Medico, ed Eccleſiaſtico.* Monſtrat hic Artis Medicæ defectum ex eo Medicorum diſſidio, quoad Quæſtionem, an, quæ anno 1576. Venetiis obſervabatur, novus Morbus Peſtis eſſet, nec ne? *Tom. XIV. pag.* 220. *in margine, & pag.* 224. Noſocomiorum in peſte ærumnas deplorat. *pag.* 317. Bubones poſſe ſalutares eſſe, Antraces autem & Petechias funeſtas Peſtiferis eſſe advertit. *pag.* 330.

Murray in Itinerario Architalaſſi *Anſon* legendus eſt ob utiliſſimas *de ſcorbuto* obſervationes. *Tom. VIII. pag.* 203.

Murray Profeſſor *Gœttingenſis* egregius, ſcripſit de *Uva urſi* tractatum, deque ejusdem in Calculoſis uſu. *Tom. X. pag.* 276. Laudatur ejus Diſſertatio *de Vermibus in Elephantiacorum ulceribus. Tom. XIV. pag.* 192.

Muſ-

Muſculi Abdominis cur in ventre tumidiſſimo aliquando flaccidiſſimi ſint, dum deberent quoque tenſiſſimi una cum Ventre eſſe? *Tom. IV. pag.* 75. Muſculorum affectiones ſtupendæ apparent in Colica Pictonum, ob varietatem in uno præ alio. Vid. *Colica pict.*

Muſchenbroek laudatur in determinandis Aëris in uſus humanos proprietatibus. *Tom. XIII. a pag.* 29. *ad* 37. *&* *pag.* 52. Inutilia experimenta facere viſus ad eruendas e tenebris proprietates *Magnetis*, reddidit illa utiliſſima; ob idque exemplo Medicis proponitur. *ibid. pag.* 158.

Muſtellæ fluviatilis liquor, de Hepate exſtillans, egregium auxilium præſtat in Albugine, Perla, Cicatrice, Panno, Sarcoſi. *Tom. IX. pag.* 244. Confirmatur novis experimentis. *Tom. X. pag.* 293.

N.

Noortwyk, clarus apud *Leydenſes* Medicus, laudatur Tractatu ſuo *de uteri gravidi anatome Tom. VI. pag.* 26. Uti & de ſua ex Anglico ſermone in Latinum translatione operis *Nihelli*, qui Solani Hiſtoriam pulſus conſcripſit; tandem de ſuis propriis in Pulſu experimentis. *Tom. XII. a pug.* 94. *ad* 98.

Nuckius laudatur in quæſtione Uſtionis Cranii in morbis Encephali rebellibus, quam jubet facere profundiſſimam. *Tom. VI. pag.* 249. In ſignis Hydropis Cyſtici. *Tom. XI. a pag.* 506. *ad* 508.

O.

Oculorum morbi varii in Auſtria, maxime in Aëre *Viennenſi*, & cur? Uſui ſæpe in illis ſunt Flores Zinci in aqua Roſarum; ſpiritus Vini rectificatiſſimus cum aqua; Cataplasma quoddam; Veſicantia, Setacea, Fonticuli; Liquor ſtillans de *Muſtellæ fluviatilis* jecore, &c. *Tom. IX. pag.* 241.

Oleum Lini *Tourneſortio* remedium audit, quo *Armenii* Pleuritide, endemio ceterum morbo, vix afficiantur. Confirmatio huius obſervationis. *Tom. XI. pag.* 103. Idem eodem in morbo laudavit *Geſnerus. ibid. Galleſky*, ſcriptor Ruſſus, Oleum, & Oleum Lini præcipue, laudat in Ileo morbo. *ibid. pag.* 204.

Omentum deeſt fere, aut parvum eſt in pluribus hominibus. Colicam inde pati hi poſſunt; ſed Herniam Epiplocelen pati nequeunt. Vide *plerasque anatomes.* Omentum incraſſatum ingens, pondus XXXIII. Librarum æquans, in ſuo cavo recondebat Hydropem, qui octies in Paracenteſi, toties repetita, Libras Lymphæ centum fudit. *Tom. IV. pag.* 87. *Horſtius* ſimilem hiſtoriam prodidit. *ibid.* Omentum animalis cum lacte coctum curavit colliquantem Diarrhœam. *Tom. XII. pag.* 253.

Ononidis Radix & Folia utiles in Calculoſis. *Tom. VI. pag.* 298.

Opiſtotonon periodicum plurium annorum *Fernelius* memoriæ prodidit. *Tom. X. pag.* 141.

Opi-

Opium, & paregorica, in Variolis, tam in benignis, ne malignæ fiant, quam in malignis, ut in benignas convertantur, incomparabilem effectum præſtant *Tom. II. pag.* 51. In Colica Pictonum, in Dyſenteria Vomituque malignis, in deſperato cum Vomitu ſtercorum Ileo, a morte liberant. *Tom. III. a pag.* 84. *ad* 97. Internus opii, unaque Acidorum ſaponaceorumque, uſus, gravia Aneuryſmata per annos multos tolerabilia reddunt. *Tom. IV. pag.* 29. Facta Paracenteſi ſpaſmos *Opium* ſiſtit. *ibid. pag.* 80. Verum venenum *Opium* eſt; juſta autem doſi effectus præſtat memoratos. Doſis ab effectu moderanda. *ibid. pag.* 228. Epilepſiam terribilem, ad omnia immorigeram, curavit *Opium;* reddendo ante Paroxyſmum Nervos inſenſiles. *Tom. V. pag.* 122. *Opium* ſummam pulſuum raritatem emendavit, poſtquam primum eorum inæqualitatem correxiſſet. *Tom. XII. pag.* 67.

Oribaſius Chriſtianæ Religionis hoſtis, *Juliani apoſtatæ* Archiater, in febre peſtilentiali, adeoque in ficta pulſus debilitate, ſanguinis Libras duas ſcarificando miſit. *Tom. III. pag.* 29.

Orthopnoea nocturna, ſymptoma vulgare in Hydrope Thoracis, ſiluit in hoc morbo quinque menſibus; in alio pectoris Hydrope validiſſimo nunquam adfuit; in tertio graviter laborante, ultimo tantum octiduo vitæ; in quarto ceſſavit quatuordecim diebus ante mortem. Ergo non eſt ſignum abſolute pathognomicum. Non fit orthopnoicus is, qui hoc morbo laborat, quia jacet, ſed quia dormit: in ſedili enim nocte dormiens, idem patitur, ut Plures ſaltem experti ſunt. *Tom. VI. a pag.* 89. *ad* 95.

Offi-

Oſſium morbi terribiles ſunt: oſſa in iis ſæpe exeſa fuerunt inventa, quando aut ſponte, aut arte, tumores purulenti, ſanioſive aperiebantur; ſic ut hisce in morbis oſſa primum ligamentaque deſtruantur, antequam malum prodeat foras. *Tom. II. cap.* 8. *Tom. III. a pag.* 179. *ad* 192.

Oſtracodermatum uſus & laus in cura Rachitidis exemplis patuit. *Tom. IX. pag.* 248.

Ovarii Hydrops, ut & Scirrhus, multa Noſocomii Anatome demonſtrati ſunt: ejus exſtirpatio, ſeu Caſtratio, ab *Academia chir. Reg. Pariſ.* propoſita, multas ob cauſas admittenda non videtur. *Tom. IV. pag.* 101. *Ovarii* tumor Cyſticus. *Tom. V. pag.* 48. *Ovaria* & Tubæ, quo dilatatiores, eo inventæ fuerunt ſubſtantia craſſiores. *Tom. VI. pag.* 30. *Ovarii* Tubarumque Hydropes, depravationesque horrendæ. *Tom. VII. a pag.* 116. *ad* 124.

P.

Palmarius dedit Peſtis definitionem, qua nunquam principio, ubi præcipue cognoſcenda, ut ſiſteretur, foret, cognoſci poteſt, ſed ut demum in ſuo progreſſu cognoſcatur, in quo nemini ultra ignota eſt. *Tom. XIV. pag.* 261.

Paracenteſis Abdominis in Hydrope Cyſtico facta, cum levamine multo; Hydrops vero rediit. *Tom. IV. pag.* 73. An repetenda huic *Paracenteſis* eſt? quo aptior reſponſio adornetur, caſus primo enarratur, in quo *Paracenteſis*, ne prima quidem, a morte præſervare patientem potuerit. *ibid. pag.* 77. Et tertius conſimilis prioribus

ribus. *pag.* 82. Argumenta agitantur, tam quæ *Paracenteſin* ſuadeant, quam quæ diſſuadeant, *pag.* 83. Et ſi fiat, inquiritur quænam obſervanda erit in illo molis monſtroſiſſimæ Ventre cautela? *pag.* 84.

Paracenteſis facta octies ſingulo menſe, ſemel, ſingula vice ad 100. præterpropter Libras; mors inſecuta Octavam. Cyſticus Hydrops erat; incluſa in Cavo Omenti, quod incraſſatum & Libras XXXIII. pondere æquabat. Qualem caſum & *Horſtius* refert. *ibid. p.* 87. Paracenteſis fruſtranea alia. *pag.* 89.

Reſumitur tandem quæſtio an priori feminæ repetenda *Paracenteſis* ſit? ac primum Methodus nova atque inaudita refertur deſtruendi poſt Paracenteſin Cyſtidem, ab *Academia Reg. Chir. Paris.* propoſita. Scilicet ut eductis aquis Abdomen lata plaga dilatetur, tum ſacci integri evacuatio, ejusdemque collapſus, imo conſumptio intendatur; ſique malo ſedem præberet Ovarium, illud caſtrando eximatur audacter.

At vero Hiſtoria Medica, experientia propria, imo ipſa, quæ Academia ad ſuam theſin probandam in medium profert, exempla, legitimum dubium formant, an non cum fruſtraneum foret, tum periculoſum, tentamen? novem argumenta opponuntur. *Tom. IV. pag.* 91. Junguntur que alia argumenta octo. *pag.* 106.

Quandonam ſperare licet *Paracenteſin* utilem, quandonam non? quandonam abbreviat dies hominis? *Tom. V. pag.* 87. Cur tamen eſt nonnunquam ſuadenda, licet palliatura duntaxat prævideatur? *pag.* 92.

Paracenteſis inſtituta in Cyſtico Hydrope bis opifera, letifera tertio. Vid. *Anatome LXVII.*

Felicior longe *Paracenteſis*, quam ſperare ex Lympha educta quis auſus fuiſſet. Laus Peruviani Corticis in hoc caſu. *Tom. XI. pag.* 208.

Una

Una *Paracenteſi* perfecte curata puella hydropica. *ibid. pag.* 211.

Paracenteſis in Cyſtico Hydrope letali octies facta, aliquando cum injectione Aquæ hordæi mellitæ ad ſacci, ut credebatur, deterſionem, & cum eductione per Siphonem aëris, qui intraſſe, & hac ſuccione educi poſſe, ne corruptionem excitaret, credebatur. *Tom. XI. a pag.* 271. *ad* 279. *& a pag.* 324. ad 326. Vid. Anat. XCII.

Autori olim viſum fuerat, *Paracenteſi* vitam ſemper prolongari, ſi hominem integre non curaret; eamque propterea, ſive palliando, ſive curando, proponendam ſemper eſſe ægrotis: eo enim illum non minus numeroſa experimenta, quam autoritates, perduxerant. Jam vero in exercitio Artis conſeneſcens, numeroſioribusque cum propriis, tum aliorum experimentis doctior, eandem in Hydrope cum Peritoneali, tum Cyſtico omnino diſſuadet, niſi cum cyſtico adpareat una adeſſe Aſcites. Quid enim aliud iteratis concludere experimentis fas eſt, quam quod duæ tresve fortunatæ curæ compenſare damnum vitæ plurimorum hominum nequeant, quibus morbus hic longiores, admodum ſæpe tolerabiles, annos cæteroqui conciliaſſet? Saltem ægris *Paracenteſin* poſcentibus hæc omnia candide proponenda ſunt, ut intelligant plus metus, quam ſpei, ab operatione haberi oportere.

Paracenteſis Thoracis. Vide *Hydropem Thoracis.*

Paralyſis a variis cum internis, tum externis cauſis nata, virtute electrea frequenter curatur. *Tom. I. Tom. II. Tom. III. in cap. de Electr.* Paralyſis ſcorbutico in corpore pejorari vi electrica viſa, eam prohibuit. An quod adverſa Scorbuticis? An ob idioſyncraſiam duntaxat? *Tom. III. pag.* 216.

Paralyſis brachiorum in Colica Pictonum naſcitur a Nervi intercoſtalis, ſuperiore Thoracis in parte, affectione. *Tom. III. pag.* 98. *Paralyſis brachiorum extra colicam Pictonum* cum autoritate *Hippocratis*, tum triplici exemplo practico, nata nonnunquam demonſtratur a Pulmonis tumore, nervum intercoſtalem premente. *Tom. III. pag.* 99. *&c.*

Paralyſis in Hemiplegia an ſemper ſupponat ſui cauſam in oppoſito Cerebri hemiſphærio latere? Sæpius quidem: at vero in eodem quoque latere & cauſa deprehenſa fuit, & effectus; aut in oppoſita parte Paralyſis, cum dira in eodem corporis, quo Cerebri; latere Convulſione; aut cum Paralyſi ejusdem lateris citra convulſionem oppoſiti; vel convulſione ejusdem lateris ſine oppoſiti convulſione; vel cum ejusdem lateris & convulſione & Paralyſi; vel denique cum convulſione univerſa & dextri lateris Paralyſi, cauſa interim occupante Cerebri hemisphærium utrumque. *Tom. IV. pag.* 194.

Paralyſis abeſt, adeſtque, in Pictonum Colica. Abeſt quandoque per annos, licet bis, ter, ſepties, pluriesque, hominem adorta Colica fuerit: invaſit quemquam in octavo Colicæ Paroxysmo, cum eodem ceſſavit, neque in nono, eoque letali Paroxysmo, invaſit. Paralyſis in hoc morbo eſt vel artuum ſupernorum infernorumque ſimul, vel alterutrorum; aut alterutrius artus tantum, partisve ejusdem majoris, minoris; nonnunquam unius præcipue muſculi, ut v. g. Deltoidis. In brachio Muſculorum extendentium Paralyſis obſervatur, ſic ut Antagoniſmo ablato fiat flectentium accurtatio, cum paralyticorum Muſculorum aut flacciditate, aut exſiccatione, cumque panniculi adipoſi conſumptione. *Tom. X. toto cap.* 1. *&* 2.

Para-

Paralyſis Colicæ Pictonum variam imo oppoſitam ſæpe poſcit curandi Methodum. *ibid.*

Paraphrenitis Anatome conſtitit ab inflammatione Diaphragmatis naſci. *Tom. I. pag.* 114. *Paraphrenitidis* cauſæ in Cadaveribus inventæ, citra earundem vel minimum in Vita Signum aut effectum. *Tom. IX. pag.* 66.

Pareus (Ambroſius) laudatur, quod meminerit miri ſuſurrus in loco aneurysmatico. *Tom. IV. pag.* 50. Commendavit uſtionem in Coxario morbo. *Tom. IV. pag.* 151. Et Cranii inuſtionem in rebellibus Capitis morbis. *Tom. VI. pag.* 243. Ex fimo equino cataplasma fecit in Maxillæ, aliarumque partium Tetano. *Tom. X. pag.* 157.

Pathologia animata longe lateque deſcribitur; qui vero illam juſto univerſaliorem fecerunt, refutantur. *Tom. XIV. toto Cap.* 4.

Paulmier (Franciſci) *de Podagra & Arthritide* Tractatus, ejusque eam per Hirudines topice adhibitas curandi Methodus, laudatur. *Tom. XIV. pag.* 108.

Pechlinius hominis meminit, qui XVI. horis ſub undis alte demerſus, in vitam rediit. Quæ vero de vita reſtituta poſt trium dierum ſubmerſionem refert, fabuloſa videntur; quæ vero de revocata Vita poſt ſeptem ſeptimanarum in flumine moram, fabuloſiſſima. *Tom. XIII. pag.* 261.

Pedratti epiſtolam de pleuritide verminoſa conſervavit nobis *Morgagni. Tom. XIV. pag.* 117. Eſt lectu digna.

Peplion quomodo ab *Hippocrate*, *Plinio &c.* paratum, & ad purgandum exhibitum fuerit. *Tom. XII. pag.* 193.

Peripneumonia maligna valde, die octavo medio letalis, cum dira atque lata Ventriculi, Inteſtinorum, Peritonæi univerſi, Omenti, Meſenterii, ac Felleæ veſiculæ, inflammatione, citra conſueta Inflammationis horum viſcerum ſigna. *Tom. XIV. pag.* 11. Pleuro - Peripneumonia enecti homines duo, longe alia vitia viſcerum vitalium poſt mortem exhibuerunt, quam ſigna in vita monſtraverant. *ibid. a pag.* 26. *ad* 34. *& a pag.* 34. *ad* 53. Vide *Anatomes plures.* In *Peripneumonia*, Pleuritide &c. laudantur Kermes minerale, & Stibium Diaphor. non abl. & per exempla ſummi ibidem uſus eſſe demonſtrantur, una cum reſponſione ad inexpertorum objectiones. *Tom. X. a pag.* 293. *ad* 299.

Peritonæum aut portione ſui majori, minori aut integrum, inflammatur. Triſte hujus exemplum. Arterias habet a 27. originibus. *Tom. XIX. pag.* 24.

Peruvianus Cortex, quia in *Variolis malignis* ſerius datus bis profuerat quidem, ſed non ſervaverat, an non in earundem principio exhibendus? *Tom. II. pag.* 107. Datus cortex feminæ ad febrim intermittentem abigendam, una copioſas feliciſſimasque Variolas expulit. Ita ut non modo non nocuerit, ſed profuerit, ipſo contagioſo in ſtadio. *Tom. II. pag.* 109. Cortex minime ſupprimit, ſed egregie promovet excretiones Criticas in morbis malignis. *ibid. pag.* 111. Pro varia conditione naturaque morbi, & auget motum humorum, & minuit. *ibid. pag.* 176. *Cortex peruv.*

ſi in Acutis accedens malignitas Methodum curandi etiam optimam eludat, omnino indicatur. *Tom. III. pag.* 36. *Morton* præprimis hic laudandus. *ibid. pag.* 38. Idem quidem ſubolfaciebant *Vratislavienſes* Viri clariſſimi; ſed quod non omnibus ex æquo prodeſſet, tergiverſabantur. Egregius *Torti* ſummopere laudandus, qui per invicta experimenta claros adverſarios *Ramazzinum*, & *Mangetum*, omnino confodit. Laudantur hic *Riga*, *Huxham*, & *Pringle:* minus tamen hi omnes negotium promoverunt, quam quidem promotum poſtea fuit. *Tom. III. a pag.* 39. *ad* 45.

Cortice peruviano febris curata maligniſſima, in qua Petechiæ, mictus ſanguineus, Viridis Alvus &c. *ibid. pag.* 45. Sanavit in Ptochotrophio febrim malignam cum Miliaribus & Petechiis. *pag.* 51. Et in altero, & tertio. *pag.* 54. & in quarto, & in multo pejore quinto. *pag.* 56. Et in ſexto incurabili ſolatio fuit. *ibid.* Præſtantiſſimus *Menſurati* ingentem Militum manum Cortice a maligno morbo ſanam cum præſtitiſſet, eodem morbo corripitur, & negato ſibi ex præjudicata aliorum opinione Cortice, periit. Corollaria, & concluſiones practicæ ex memoratis. *Ibid. a pag.* 58. *ad* 73.

Peruvianus Cortex ſiſtit gangrænam, vitam reddit amiſſam partibus, moderatur calores majores, minores animat, Criticas excretiones promovet, Mictum cruentum ſiſtit, cruentam corrigit alvum, motus febriles majores compeſcit, tardiores auget, ſiſtit Hæmorrhagias, promovet ſanguinis evacuationes periodicas, ſanguinem mucoſum attenuat, condenſatque aquoſum: quæ ſingula ab una eademque cauſa exponere cum impoſſibile ſit, ignorantia potius fatenda eſt, quam temerarias conjecturas prodere. *ibid. pag.* 123.

Idem

Idem *Cortex* deſperatam *Phthiſin coxariam*, univerſum corpus depaſcentem, facta loci apertura in femoris ſummitate, egregie ſanavit, & Cachexiam purulentam ſpatio trium menſium, una cum lacte, percuravit. Mala ergo *Celſi* regula, Deſperatos attingendos non eſſe. *ibid. pag.* 179. Non ſanavit provectam nimis *Phthiſin cellularem*, a dorſi contuſione natam. Rationem monſtravit Anatome. *pag.* 183. Curavit deſperatiſſimam *Phthiſin femoralem*, totum corpus depaſcentem, una cum lacte caprino, ſpatio IV. menſ. *pag.* 189. Conclamatam ſpinam ventoſam aliquando ſanat. *pag.* 192. Profuit in Cancro Mammæ. *pag.* 193.

Cortex peruv. jam curavit plures a deſperato coxario morbo. *Tom. IV. pag.* 161. Laudandus fuit in formidanda inflammatione, quæ in puero Calculi ſectionem, & in puella Atreſiæ curam excipiebat. *Tom. VI. pag.* 56. Inaudita ejusdem doſis interna, externaque, mortem ab Aneurysmate Arteriæ femoralis ſpurio intentatam ſæpius, ſtitit, abegit. *Tom. VII. pag.* 45. Giguitne Scorbutum & Obſtructiones? Et ſi gigneret, an urgente caſu non dandus foret? Mire mutavit Puellam poſt curam Atreſiæ. *Tom. VII. pag.* 205.

Cortex peruv. Febres & *Hemitritæas*, & *Ardentes*, easque etiam cum dolore topico, non obaudientes conſuetæ methodo, curat ſæpe inſperato, ut ſupra dictum. Confirmatio ſupra dictorum. *Tom. IX. pag.* 239.

Cortex vario modo agit pro varia præparatione, ſed ſine Regula ulla. *Tom. X. pag.* 233. Curat aliquando Gangrænam non ſeparando, ſed mutatione partis gangrænoſæ in ſanam. *ibid.* Suo tempore datus haud modo tollit febrem, ſed & Icterum, & Obſtructiones. *Tom. XI. pag.* 34.

Accuſatur Cortex, quod Febres ſupprimat intempeſtive; ſed *Foreſtus* & *Bartholinus* idem obſervarunt a datis ſudatoriis, confirmatque idem experientia. *Tom. XI. pag.* 64.

Peruvianus Cortex in Remittentibus Intermittentibusque febribus quando, quomodo, quo febris tempore, qua doſi, quamdiu, & quibusnam cum cautelis, dandus? *Tom. XI. pag.* 80.

Cortex Peruv. datus feminæ habenti Mammæ Cancrum & Aſciten, illum non curavit, ſed hunc penitus, evacuationes Alvi & urinæ augendo.

Hydropicam reſtituit *Cortex Peruv.* cujus Paracenteſeos Lympha bonam formare prognoſin vetabat. *Tom. XI. pag.* 208. Et brevi alteri poſt Paracenteſin plenam reddidit ſanitatem. *pag.* 113. *&c.* Putredinem in Hydropicis, malignisque Morbis, feliciter ſuperat *ibid. pag.* 292. Pertinaci ejusque plurium annorum uſu Nobilis Comes, Hectica febre a ſuppuratione Coxæ, ejusque, ac luxati oſſis femoris corruptione & carie nata, jam ſceletum potius, quam hominem viventem refeſerens, cariem, ſuppurationem, debilitatem, febremque omnem ſic ſuperavit, ut ſaniſſimus ſit excepta unica plaga, qua nonnunquam quid liquidi transſudat, pertinaciter, licet toties curata viſa, repullulans. *Tom. XII. pag.* 255. Laus Corticis in Peſte. *Tom. XIV. pag.* 411.

In gratiam eorum, qui Corticis uſum reſpuunt, elegans additur ejusdem in Decoctum præparatio. *Tom. XII. pag.* 260. (Ad hanc præparationem id neceſſario obſervandum eſt, ut Corticis pulvis, qui coquitur, non ſit tenuis, ſed Pharmacopæorum vocabulo *valde groſſus*; tum quoque ut, dum colabitur, duo tria cochlearia pulveris cocti primum in firmam chartam emporeticam injiciantur, cui pulveri dein reliquum ſuperaffundatur.)

Peſtis pertractationem cur tentavit Autor. Autorum Catalogus, qui de Peſte ſcripſerunt. *Tom. XIV. a pag.* 213. *ad* 224. Ex omnibus his evidens fit Peſtis eſſe incertam Diagnoſin. *pag.* 226. Eaque incertitudo compluribus exemplis confirmatur. *a pag.* 230. *ad* 238. Ex operoſa Definitionum, quas de Peſte ſingulorum ſæculorum Scriptores dederunt, recenſione, liquido conſtat Peſtis definitionem adhuc deſiderari. *ibid. a pag.* 239. *ad* 298. Ex plerorumque Autorum teſtimonio, ſingularumque Peſtium hiſtoria, patet 1*mo* ea Peſtis præſagia inania eſſe, quæ ab Aſtrologia, Vulgique præjudicio, ſolent peti. 2*do* Veram Peſtis haud extare notitiem, quamdiu eam Pathognomica ſigna necdum comitentur. 3*tio* Veram ac deleteriam Peſtem depopulari civitates, hiſce nec ſociatam Pathognomicis. 4*to* Vel eadem non prodere ſe, niſi graſſante immaniter morbo. 5*to* Metu indignationis Magiſtratuum Medicos crebro vereri ut, ſi qua in morbo oborto ſit Peſtis ſuſpicio, hanc indicent ipſis. 6*to* Et Lucri ſordido amore non raro eosdem impediri, ne pericula pandant. 7*mo* Peccare quoque Magiſtratum dum, diſſentientibus de natura morbi Medicis, negantem ſententiam ſequantur, donec Peſtis fere omnia ſternat. *pag.* 300.

Canones XI. ſequuntur, quos in Peſtis ſuſpicione æque Princeps, quam Medici, deberent obſervare ejus ſiſtendæ gratia. *a pag.* 305. *ad* 320.

De Noſodochiis, barbare *Lazaretis*, inquiſitio. Quintuplex cauſa cur hæc *libera* proſint, *coacta* obſint. Exemplis evincitur vix affectorum ſervari in hiſce Noſocomiis trientem, interea dum liberis in ædibus incredibilis ſit mortuorum paucitas. An *Peſtiferos* per Urbem decumbentes obſerare propriis in ædibus, januas feneſtrasque obfirmare oporteat? Negatur propter auctum eo ipſo

modo contagium, quo id avertere ſtudent. *pag.* 113. ad 120.

De Peſtilentialibus petechiis ibid. toto cap. V. Vid. *Petechias.*

Peſtis legitur aliquando $\frac{1}{100}$ alio tempore $\frac{1}{5}$ vel $\frac{1}{3}$ mortalium partem in Vita reliquiſſe. Tria harum peſtium exempla. Aliis temporibus $\frac{1}{8}$. $\frac{1}{10}$. $\frac{1}{19}$. $\frac{1}{30}$. imo $\frac{1}{100}$. eorum, qui commmuni more tractantur, ſervantur; dum interea mutata in meliorem methodo *Sydenham* obſervaret vix quenquam ultra mori. Examinatur *Sydenhami* Methodus duplex, altera penitus inflammatoria, altera ſed peculiari prorſum modo ſudatoria. *pag.* 285. & *a pag.* 337. *ad* 348.

Sudatorius veterum modus fuit noxius *Peſtilentibus*, quod in iis rarior omnino obſervatus fuerit Criticus ſudor. *pag.* 348. Igitur ſi per Sudatoriam Methodum, ſaltem, nec niſi per Sydenhamianam, tentetur. *pag.* 250.

Quia in *Peſte* ſimulata tantummodo debilitas ſit, a ſuffocante aut plenitudine, aut rarefactione, oriunda, Venæ Sectioni patrocinantur *Galenus*, invite *Platerus*, *Hollerius*, potiſſimum autem *Riverius*, qui horrendam communis Methodi ſtragem lugens, larga repetitaque Venæ ſectione reddidit peſtiferis ſanitatem. *Riverio* vero jam præceſſerat *Botallus.* Non intrepidus poſt exortos Bubones & Anthraces, quam antea, Venam ſecuit uterque. Exempla horum. *a pag.* 355. *ad* 369. Unde mirandum quod paucioribus exceptis, qui & primis modo vel horis vel diebus, & parca admodum copia, Venæ ſectionem admiſerant, omnes pene alii trium poſteriorum Sæculorum Medici eandem proſcripſerint, quamvis ſine ea & plurimam affectorum partem mori, & ingenue hoc ſuis in ſcriptis tradiderint poſteritati. *pag.* 370. Oſtenditur Venæ ſectionis ſive fortunas, ſive infortunia, ne-

que a varia, qua fiat, hora dieve, neque a conditione ſive Gentis, ſive Temperamenti, neque etiam a diverſo *Peſtis* Genio dependere; adeoque inſtituendam ſemper in Peſte eſſe. *a pag.* 372. *ad* 382.

Nihil incomprehenſibilius videtur, quam quod tot milleni omnium ſæculorum Medici, Venæ ſectionis in *Peſte* oſores, tamen in ſcarificationes etiam largiſſimas, tantas laudes profuderint. Autoritate & experientia refutantur, qui haſce defendere, dum illam rejiciunt, annituntur. *a pag.* 387. *ad* 390.

Debilitatis, in Peſte apparentis, cauſas a ſola aut Plethora, aut Rarefactione, petendas eſſe, ſola miſſione ſanguinis tollendas, iis ipſis cum obſervatis, tum experimentis oſtenditur, quæ ipſi Venæ ſectionis in *Peſte* oſores, nobiſcum communicarunt; factarum ſcilicet inſignium curationum largiter & ad animi deliquium fluente aut narium, aut uteri, aut hæmorrhoidum, cruore; tum & fluore Fonticulorum largiore. Bonum hinc augurium *pag.* 392. *ad* 400.

Sudorifera *Sydenhami* methodus, ſi curæ antiphlogiſticæ præferatur, caveatur ſaltem a conſuetis per tot ſæcula calidioribus, quæ damnoſa eſſe invitis iis, qui hæc laudabant, extorta ſententia probat. *pag.* 402. Clar. *Hecqueti* opinio de calidorum ſudoriferorum Opio, tanquam *Peſtis* Propulſatore, non videtur admittenda, eo quod nulla natio peſtilentior ſit Thracica, Opium jugiter helluante. *pag.* 404.

Turcæ ad averruncandam Peſtem debito negligentiores, noſque in nonnullis juſto ſollicitiores, vehementer utrique inde patimur; nos tamen illis vehementius. Salutare medium exoptatur. *ibid. pag.* 408.

Ratio cur infortunata in peſte Methodus in Antiphlogiſticam mutata non fuerit, eadem prorſus eſt, cur eadem non fuerit in curandis Petechiis & Miliaribus mutata; præjudicium ſcilicet. Mutatam tamen hanc poſtremo in caſu in Antiphlogiſticam antiqua præſtantiorem eſſe, & Practicum Viennenſe Noſocomium XIX. annorum ſerie conſtanter demonſtravit, & *Regia ſocietas Suecica* nuperrime confirmavit. *pag.* 408.

Emetica & Purgantia ex cura *Peſtis* paſſim rejici ſolent. *pag.* 410. Cortex Peruv. *Mortono*, & *Hecqueto* in *Peſte* laudantur. *pag.* 411.

Peſtis non videtur præ aliis morbis Vindictæ Divinæ flagellum dicenda. *pag.* 415. Variæ opiniones *de natali Peſtis Regione.* *pag.* 416. Eam poſſe in homine ſponte naſci, haud improbabile eſt. *pag.* 417. Num Brutorum *Peſtis* ipſos inficere homines poſſit, omnino incertum eſt. *ibid.* An fuget a ſe *Peſtem* intrepidi vir animi, eandemque ſibi meticuloſus contrahat? Numeroſis, qui id commenti ſunt, Autoribus, reſpondetur, contrariis plane experimentis. *a pag.* 418. *ad* 429. Nunquid ita *Peſtis* ab urbium ædiumque ſorditie naſcitur, ut nitidas easdem non tangat? Duplici argumento hæc ſententia refellitur. *pag.* 429.

Peſtis ſpatio 60. annis minore *Sexies* afflixit XVI. Sæculo *Helvetos* *pag.* 270. *Platerus* qui omnibus hiſce interfuit, vel affectus ab illa non fuit, vel ea ſaltem non periit. *ibid.* (natus enim 78. annos legitur Phthiſi ac Hydrope periiſſe).

Petechiæ bis in Noſocomio practico viſæ ſunt, quod ad eas ægri ſuis in tiguriis prædiſpoſiti eſſent. *Tom. I. pag.* 50. Semel in variolis maligniſſimis. *Tom. II. pag.* 107. Semel tandem in Femina, cui aliorum conſilio, & juſſu, Alexipharmaca dederat Autor. *Tom. III. pag.* 50.

Pete-

Petechiæ numeroſæ in corpore feminæ, numeroſiores longe dato Cortice Peruviano prodeunt; in alia Petechiæ cum Miliaribus, dato cortice evaneſcunt plane: utraque æque feliciter, quam cito, curata abivit. *Tom. IV. pag.* 5. In die Malignæ febris 12. in mediis Petechiis ſanguis Vena exceptus denſus atque inflammatorius fuit. *ibid. pag.* 202. *Sorbaitus* Petechias vocavit *Motum noxium, ac Symptomaticum*, & Symptomaticam expulſionem; iisque extantibus Venæ ſectionem feliciter fieri. *Tom. V. pag.* 5. & *Tom. VIII. pag.* 95. *&* 107. Si Petechiæ unquam *Criticæ* id forſitan in Peſte. (*Forſitan:* nam mox hoc negabitur.) Extra Peſtem vero, teſte *Sydenhamo*, rariſſime. *Tom. VIII. pag.* 107. Petechiarum ac Miliarium eadem ratio. *ibid. pag.* 108.

De origine, incremento, natura, ſede, ac cura *Petechiarum*, una cum reſponſo ad *Clar. Viri Pringle*, Archiatri Anglici, difficultates, vid. *Miliaria & Petechiæ.*

An ipſa in Peſte *Petechiæ criticæ?* Merito contra *Sydenhamum*, tales eſſe, ſed rariſſime, ſtatuentem, negavit *Pringleus. Tom. X pag.* 247.

Petechiæ & *Miliaria* naſcuntur cum ſanguine per totum morbi curſum aut ſpiſſiſſimo, aut ſoluto; vel cum mutatione ſive ſpiſſi cruoris in ſolutum, ſive ſoluti in ſpiſſum; idque in his ægris alio, in aliis iterum alio die, aliaque hora, imo in ejusdem Venæ ſectionis alio atque alio vaſculo. Ita ut ſanguis in hoc caſu nullam ſæpe præbeat de natura morbi judicandi occaſionem. *Ibid.*

Petechiæ & Miliaria in eodem corpore, eodem fere tempore, una efflorent aliquando; Petechiæ cum pulcre extantibus Variolis corpora deturpant: ergo perperam *Pringleus* ſtatuit longe alias, oppoſitasque eſſe Petechiarum Miliariumque origines. *ibid. pag.* 239.

Petechiæ & Miliaria Medicis *Brittannis* frequentiora adparent, quam Medicis *Batavis*, una licet in Schola *Boerhaaviana* educatis: quia hi & Boerhaavii, & quos hic maxime laudabat, Hippocratis ac Sydenhami veſtigia preſſe ſequuntur; illi vero in Brittannicas Inſulas reduces, multa *Mortoni*, *Leiſteri*, *Muſgravii*, *Glaſſii*, aliorumque, cum præclarorum horum Virorum doctrina ſalubri commiſcuerunt, atque ita *Hippocraticam*, *Sydenhamianam*, *Boerhaavianam*que doctrinam ad Recentiorum placita plus æquo accommodare anniſi ſunt. *ibid. a pag.* 250. *ad finem uſque Capitis.* Idque abunde confirmat comparatio doctrinæ *Pringleanæ*, *Glaſſianæ*, *Huxhamianæ*, cum *Hippocratis* optimorumque ejus Interpretum, iis textibus, qui de materia Acutorum principio vel turgente, vel non turgente; de Sudorum promotione intempeſtiva, &c. agunt. *Ibid. a pag.* 253. *ad finem Cap. usque.*

Petechias eſſe Verminoſæ febris Symptoma autoritati repugnat & experientiæ. *Tom. XIV. pag.* 163.

Petechiarum peſtilentialium deſcriptio. Aliis criticæ, aliis ſymptomaticæ, aliis letales audiunt. Qui ſalutares & Criticas illas vocitant, tot requirunt ad hanc ſalubritatem conditiones, ut ſignorum reliquorum bonitate, quæ ab illis requiritur, conſiderata, impoſſibile ſit hominem mori. Apud *Chenottum* hoc exempla demonſtrant. *pag.* 321. *Diemerbroek* letales ſemper in Peſte exiſtimavit *Petechias. ibid. pag.* 329. *Muratorius* collatis utrinque ſententiis in earum inclinat letalitatem. *pag.* 330. Concluſio hujus quæſtionis. *pag.* 334.

Idem porro de malignarum febrium *Petechiis* ſtatuendum. Non Criticas eſſe, ſed factitias, vel ex eo liquet, quod in 300. ægros febribus acutis

ſæpe malignis, ne ſemel quidem ab aliquot annis, easdem Autor ſuis demonſtrare Auditoribus potuerit. Concluſio. *a pag.* 335. *ad* 338.

Petit, antiquus *Pariſienſium* Medicus, Comentariis in *Aretæum* clarus, laudatur in Odontalgiæ explicatione ad difficilem quendam *Aretæi* textum illuſtrandum. *Tom. XIV. pag.* 113.

Petit, recentior *Pariſienſium* Medicus multum laboris impendit in Nervi Intercoſtalis determinanda origine: quod ad ſymptomata Colicæ Pictonum explicanda multum contulit. *Tom. III. pag.* 105. Quædam habet ad fibrillarum nervearum decuſſationem pertinentia. *Tom. IV. pag.* 195.

Petit, celeberrimus *Pariſienſium* Chirurgus, multa habet ad morbum Coxarium pertinentia. *Tom. IV. pag.* 127.

Phthiſis pulmonalis certo adeſſe aliquando creditur, ex multitudine diuturnitateque Purulentorum Sputorum, ac febris hecticæ nonnunquam præſentia; & nihilominus a morte integerrimi reperiuntur Pulmones. Duo exempla hujus. *Tom. I. pag.* 118. Tertium exemplum. *Tom. II. pag.* 14. Quartum. *ibid. pag.* 19. Quintum exemplum notabile. *Tom. III. pag.* 182. Et plura alia. *Tom. VIII. a pag.* 88. *ad* 92.

Quia communis opinio eſt a ſputis purulentis conſumi pulmones, & tamen pulmones poſt annoſum puris ſputum integri a morte inventi forte ſunt; an inde nata ea valde communis ſententia eſt, quodſi Pulmonis modo portiuncula ſuperfuerit, ea recreſcat in integritatem? *Tom. I. pag.* 118. 119. Juvit ad hoc hominum nonnullorum, qui Phthiſici exiſtimati fuerant, reſtituta ſalus.

Phthi-

Phthiſis pulmonalis eſt, ſed præterea omnium & Viſcerum, & Articulorum. *Tom. III. pag.* 181. Phthiſis *cellularis. ibid. pag.* 187. Phthiſis *femoralis. ibid. pag.* 189. Phthiſis *coxaria*, ſive *Iſchiadica. Tom. IV. pag.* 161. Phthiſis *tuberculoſa. Tom. VI. pag.* 77. Phthiſis *uterina. ibid.*

Phyſica, atque Phyſiologia, & multa in corpore humano exponunt nobis, & pulcra, & plane admiranda, veramque naturam rerum, quamdiu hæc natura conſuetas, quas DEUS condidit Leges, ſequitur; minime vero quando DEO placet juxta ignotas plane Leges hanc naturam conſervare, mutare, dejicere, erigere, ac deſtruere. Phyſica & Phyſiologia ſuam curtam ſuppellectilem agnoſcant tunc oportet. *Tom. II. pag.* 140. vid. *Pulmo. Vita. Mors. DEUS. Cor. Sanguis. Calor.*

Pictonum Colica. vid. *Colica.*

Piſo (Nicolaus) uſtionem Cranii laudavit in pertinacioribus Encephali morbis. *Tom. VI. pag.* 243.

Piſo (Carolus) uſtionem Cranii poſterioris laudavit in pertinacioribus capitis morbis. *ibid.* Nigram urinam laudat in Colica Nephritica. Quæritur an vere nigram fuiſſe urinam conſtet in Hiſtoria? Et qua occaſione in morbo iſto urina apparere nigra poteſt? *Tom. VIII. pag.* 45. Sententia ejus de ſolventibus pleuritidem ſudoribus examinatur. *ibid. pag.* 58.

Placenta inventa in dextro Uteri latere; ſic ut in Sectione *Cæſaria*, mox a morte inſtituta, ingens Hæmorrhagia fieret, eo quod ſecundum hu-

jus

jus ſectionis leges dirigeretur per uteri latus. *Tom. VI. pag.* 27.

Plantago aquatica latifolia in Calculoſis laudatur. *Tom. IV. pag.* 239.

Platerus (Felix) Germanos damnavit, quod acute decumbentibus calidiorem athmoſphæram conciliarent. *Tom. I. pag.* 157. Laudatur in famoſa quæſtione de materie turgente. *Tom. III. pag.* 8. In quæſtione de Ovarii morboſi extirpatione. *Tom. IV. pag.* 103. In Cranii uſtione ubi id pertinaces morbos alit. *Tom. VI. pag.* 247. Pulſum peripneumonicorum optime definivit. *Tom. IX. pag.* 82. Submerſos aqua pulmonibus hauſta perire cenſuit. *Tom. XIII. pag.* 210. Aquam, ſuſpenſo de pedibus corpore, non ex Ventriculo, ſed de univerſa corporis madentis ſuperficie, juxta Vultum defluam, imponere pro effuſa de Ventriculo aqua. *ibid. pag.* 212. Infirmat cum *Fernelio* ſigna vulgo dicta *prodroma* peſtis; eo quod viderit & omnia hæc non ſubſecuta peſte fieri, & citra eadem peſtem naſci. Venæ ſectionis fuit in peſte hoſtis. Sexies in ſua annoſa vita peſti in Helvetia a principio ad finem interfuit: an eadem nunquam laborarit, non addidit. *Tom. XIV. pag.* 270. Venæ ſectionis licet in peſte oſor fuit, fortunas tamen abundantiſſimæ Venæ ſectionis candide cecinit. *ibid. pag.* 356. (Licet Peſti *ſexies* interfuerit, vitio tamen omnium, qui de Peſte ſcripſere, non dedit ejusmodi definitionem, qua eandem protinus internoſcas, peſtimque eſſe audacter pronuncies.)

Plempius urinas nigras criticas eſſe credidit, in morbis Chronicis forſitan. *Tom. VIII. pag.* 39. Peſtem definivit, non ut inchoans cognoſcatur,

quan-

quando utiliſſima ac maxime neceſſaria ejus notities eſſet; verum veluti promota eo usque, ut definitione Medicorum nemo, ne plebejus quidem, opus habeat; quod idem de ſingulis ſingulorum peſtis definitionibus ubique notamus. *Tom. XIV. pag.* 285.

Plenciz egregius apud *Viennenſes* Medicus, ſtrenuus Pathologiæ animatæ patronus, in ſua *Cont. morb. Idea nova. Tom. XIV. pag.* 197.

Pleuræ cum Pulmonibus concretio, quamvis in ſano & morboſo pectore frequentiſſima ſit, aliquando tamen nulla deprehenſa fuit in diriſſima affectione ſive Pulmonis, ſive Pleuræ, ſive utriusque. *Tom. VI. pag.* 83. Pleuræ cum Pulmonibus concretio an ſemper inculpate fertur? An male a *Boerhaavio* inter cauſas recenſetur morborum? *Tom. VII. pag.* 104. Diſcuſſio hujus quæſtionis, perperam a nonnullis intellectæ. *ibid. pag.* 236. Pleuram inflammationis diræ ſedem ſæpe eſſe & noſtra demonſtrant, & aliorum experimenta: confirmavit *Morgagni XIV.* experimentis. *Tom. IX. cap. IV. Pleura*, quomodo etiam citra inflammationem dolere vehementer poſſit. *ibid. pag.* 175. *Pleuræ* portio, partim incraſſata atque cartilaginea, partim oſſea. *ibid pag.* 18. Pleura per univerſum Thoracem inflammatiſſima. *Tom. X. pag.* 287. Pleura valde inflammata. *Tom. XIV. pag.* 31. Nec non in alio. *pag.* 41. & in quarta. *pag.* 59. & in quinto. *pag.* 75. & *Tom. XV. Cap. II. Sect.* 3. pluries.

Pleuritis varia vehementia, variis ſymptomatibus, varioque exitu, deſcribitur multiplex per omnes Tomos.

Pleuritis ſæva, diu admodum inflammatorio in ſtadio perſeverans, die 51. imperfecte judicata, & die 57. & 60. perfecte, idque citra alios morbos poſt ſe relictos, qui ex morbi cruditate tanta, tamque diuturna, expectari potuerant; Pleuritidem *Anaxionis* multis in rebus longe ſuperans. *Tom. XI. pag.* 92. *&c. Pleuritidem* Vermes, ſpinæ piſcium, fruſta oſſiculorum, inflammationes, expanſionesque, cum Coli Inteſtini ſuis in flexibus, tum Ventriculi, ſæpe mentiuntur. *Tom. XIV. pag.* 144. Poſt *Aretæum* obſervarunt hoc plerique Practici. *ibid.*

Pluſch (Rev. Abbas) Autor præſtantiſſimi X. Tomorum Libri, qui gallice titulo : *Spectacle de la Nature* conſcriptus, ejus ſententiæ eſt, quod in Barometro per ſe ſemper Mercurius ad inſtantes pluvias debeat aſcendere; & cauſas exponere annititur cur ſæpe tunc deſcendat. *Tom. XIII. pag.* 37. Magnifice & Chriſtiane philoſophatur & differit de cauſis, ob quas DEO placuerit cognitionem primarum cauſarum obvelare mortalibus; utpote ad altiora præſtantioraque etiam in hac Vita contemplanda deſtinatis, idque potiſſimum juſſis, ut notos cauſarum ignotarum effectus ad uſus admoverent humanos. *ibid. pag.* 142.

Podagræ cura per hirudines dolenti loco adplicitas a Clariſſ. Viro *Paulmier*, & in multis ægris, & in ſe ipſo, tuto fuit feliciterque peracta. *Tom. XIV. pag.* 108. Quænam vera Podagræ ſedes? *ibid. Podagra* & Arthritis citra dolorem. *ibid.* 127.

Polignac, (Em. Cardinalis) de ſuo *Antilucretio*, opere aureo, laudatur; deque ſua caſta, ju-

ſta;

ſta, vereque humili, philoſophandi methodo. *Tom. II. pag.* 145. & maxime *Tom. IV. pag.* 192. *& ſeq.*

Polybius gener *Hippocratis* una cum *Theſſalo*, & *Draconte*, *Hippocratis* filiis, ex illius Pugillaribus multa, alias peritura, conſervarunt poſteritati, quæ magna pollent in Medicina autoritate. *Tom. I. pag.* 74.

Polygala Virginiana, & indigena, laudata a Cl. *Sauvagio* in ſpiſſitudine inflammatoria, inque purulenta humorum Diatheſi: Ab Autore *Viennæ* omnium Medicorum primo in Medicum uſum pluries adhibita & tentata, ſed ſola, citra vel minimum aliorum medicamentorum, additamentum, ut in ejusmodi experimentis decet, non reſpondit promiſſis. *Tom. IV. pag.* 233.

Polypus Cordis vel dudum adfuit, quod rarius; vel ſub mortem naſcitur, quod frequenter. Quibus ſignis *Polypus* cognoſcatur in Vita adeſſe? Quo ſingulari modo utroque in caſu fabrefieri ſoleat? a qua materie? a qua cauſa? Quænam vero in Polypo chronico medela? *Tom. II. pag.* 121. Polypus verus, antiquus. *ibid.* Duo veri Polypi antiqui alii. vid. *Anatom. LXIV. & Tom. VII. pag.* 74.

Polypi Cordis paſſim Luctæ cum morte effectus ſunt. *Tom. IX. pag.* 91. & *Anat. XIII. & XIV.* Polypus verus Bronchiorum Pulmonis. *Tom. II. pag.* 128.

Pringle, Archiater Anglus, experimenta cum *Cochlearia* fecit, in eaque acidum concludens, ſolvere quoddam de Scorbuto problema anniſus eſt. Negatur Acidi in Cochlearia præſentia. *Tom. VIII. pag.* 234. Febres Hemitritæas, ipſasque

Ardentes, ſi communi methodo immorigeræ, malignitatem ſaperent, Peruviano cortice profligandas eſſe ſtatuit. *Tom. XI. pag.* 239. Ejus ſententia de Miliaribus ex denſo, deque Petechiis ex diſſoluto cruore oriundis, refellitur. *Tom. X. Cap. V.* Vid. *Miliaria.* Laudatur liber ejus *de Morbis Caſtrenſibus. Tom. X. pag.* 223.

Prolapſus *uteri* unquam extare negarunt nonnulli, omnem prolapſum ſolius Vaginæ eſſe rati. Male hoc negarunt: fatendum tamen eos Vaginæ longe frequentiores eſſe, & veros Uteri mentiri prolapſus. Exemplum ejusmodi. *Tom. I. p.* 121. Exemplum Vaginæ prolapſus, etiam multam tenuium Inteſtinorum portionem continentis, atque ſic Herniam *Inteſtino-Vaginalem* conſtituentis. *ibid. Prolapſus Veſicæ urinariæ*, ejusque inverſæ, per Vaginam, ut ſic eſſet Hernia Veſica-Vaginalis. *ibid.*

Prophylaxis Colicæ Pictonum in Metallurgis, aut Lardi fruſtum eſt, aut pinguioris bubulæ Carnis, mane ante labores fodinarios aſſumtum: Prophylactica hujus morbi, Venenorumque omnium, eſt oleum, butyrum, jura pinguia &c. *Tom. I. pag.* 153. *Tom. III. p.* 90.

Pulmones integri in cadaveribus reperti, cum conſumti in vita viderentur. Vid. *Phthiſin.* Accreti in plurimis hominibus cum pleura ſunt, haud tamen ſemper inculpate. *Tom. II. pag.* 130. Pulmones concreti cum univerſa Pleura, Pericardio, hocque cum Corde, ope vel celluloſitate firmiſſima, vel fibris vere carneis, ſic ut Pleura, Pulmo, Diaphragma, Pericardium, Cor, Mediaſtinum, nonniſi una ſolida maſſa eſſent, & Reſpirationis Circulationisque modum plane inexplicabilem in eo homine redderent. *Tom. II.*

pag.

pag. 130. *Pulmones* calculoſi. *Tom. IX. pag.* 5. Num perpetuo Pleuræ contingui Pulmones, quæſtio adhuc eſt. *Tom. IX. pag.* 161. *Pulmones* & Adultorum, & qui jam reſpiraverunt Infantum, aquæ fundum aliquando petunt. Experimenta Noſocomii id demonſtrantia. Ejus cauſa gravis obſtructio, multa infarcientis muci copia. Ergo non eſt Pulmo in aqua ſubſidens infallibile ſignum quod Infans necdum reſpiraverit. *Tom. II. cap.* 9. *Tom. V. pag.* 50. iterumque *pag.* 105. *Tom. IX. pag.* 8. & iterum *pag.* 22. *Pulmones* in Tomos transſciſſi aquam vel ſerum tam copioſe fundebant, ut ſæpe demerſorum hominum Pulmones plus non fundant. Eſt veri Pulmonum Hydropis ſignum. *Tom. XI. pag.* 132.

Purgantia in Colica pictonum ſola, minus nocent Emeticis, lentius curant, & nonnullos quidem integre, plures vero palliando duntaxat. *Tom. III. pag.* 84. *Purgantia* in fine Variolarum atque Morbillorum, eaque iterata, ſummi ſunt uſus. *Tom. II. cap. de Variolis.* In Acutorum principio non, niſi in principio, adhibenda. *Tom. I. pag.* 36. Irritando nocuere in certa febrium malignarum ſpecie. *Tom. II. pag.* 3. Quandonam bona ſunt? *ibid. pag* 5. Quandonam noxia? *ibid. pag.* 7. Purgantia non modo noxia in initio febrium malignarum, ſed & benigniſſimarum. *Tom. III. a pag.* 6. *ad* 24. *Purgantia* laudanda in coxario dolore. *Tom. III. pag.* 153. Cur tamen *Scamandro* apud *Hippocratem* eo in morbo nocuere? *pag.* 146. Purgandi in intermittentibus febribus triplex eſt neceſſitas; qui vero mera conſuetudine ſemper in iis purgant, damnandi ſunt. *Tom. XI. pag.* 49. Contra illos, qui *Purgantia* ab *Hippocrate* in initio Acutorum ea ſolummodo de cauſa vetita fuiſſe credunt, quod

non niſi draſtica nota illi eſſent, innumeris ejusdem textibus oſtenditur, & mitiſſima eum habuiſſe, & tamen eadem damnaſſe. Varia hic de Herba *Mercuriali*, ut mitiſſimo purgante; varia de *Peplio* aliisque purgantibus, quæ fortiora quidem, attamen dilutione reddebat *Hippocrates* mitiſſima. *Tom. XII. pag.* 192. Acuti & Inflammatorii morbi dantur, in quibus purgandum vel a principio eſt: quinam vero hi, enarrantur. *Tom. XIII. pag.* 71 Neque exiſtere quandoque ejusmodi Epidemicos negatur, quorum principio aut purgantia, aut emetica, exhiberi oporteat. *ibid.* 72. Oſtenditur eorum argumenti nullitas, qui dicunt in Noſocomio practico contra propria principia agi, quando evacuantia per *Purgantia* & emetica in morborum crudidate damnantes, interea evacuantes admodum Venæ ſectiones eodem tempore inſtituimus. *Tom. XIII. pag.* 73. Refelluntur ii, qui objiciunt in Noſ. practico vi potuum copioſiorum mellitorum, nitroſorum, horreorumque fructuum ſapis commiſtorum, *alvum purgari*, atque ſecretiones naturæ turbari; contrarium potius probatur. *ibid. pag.* 75. Verusque oſtenditur horum uſus & effectus. *pag.* 77. Summis laudibus Methodum Noſocomii *Hippocraticam* extulere Medici extranei, quos inter *Macbridius. ibid. pag.* 81.

Purmann uſtionem Cranii in pertinacioribus Encephali morbis vehementer commendavit. *Tom. VI. pag.* 251.

Pulſus Arteriarum debilis & a vera, & a ſimulata debilitate eſt. Ab hac juſta diſtinctione non raro vita dependet ægrorum. *Tom. III. pag.* 25. *ad* 34.

Pulſus intermittens in Acutis poſt Coctionem, an præſagit Criſin per alvum? Deceptus eo pulſu Autor & ob dubia ſigna, alio tempore obſervata, tum & ſemel iterumque talia vere deprehenſa, animo ſuſpenſus manſit, & in principio quandoque in *Solaniana* propenſior ſcripſit: at vero multiplici poſtmodum cum aliorum, tum proprio præcipue experimento prudentior, totum hoc Prognoſticum fallax invenit, ut in ſequentibus patebit.

Poſt Venæ ſectionem quinque horis ante mortem pleno ſaltu factam, binasque Hæmorrhagias, alteram ſex, alteram duarum unciarum, *Pulſus deprehenditur plenus fortisque*, ac calor naturalis; attamen in Cadavere vix ullus toto in corpore ſanguis, filum tantummodo tenue, phlogiſticum, in Arteriis Venisque, & cum æque hæ quam illæ tumerent, ac ſi cruore abundaſſent, oportet aërem fuiſſe, qui vacuitatem expleret vaſorum. Quomodo fortis plenusque pulſus intelligitur cum penuria tanta ſanguinis? In eademque penuria calor tantus? *Tom. VI. Cap. 4. Probl. 1.*

Pulſus durus fortis ſine ſanguine fere in toto Corpore, in emaciato dudum homine. *ibid. Problema 2.*

Pulſus paſſim celer, fortis, nonnunquam durus, vel ſubdurus, nunquam vero niſi ad luctamina mortis cum celeritate mollis, in Pleuroperipneumonia die 7. letali. *Tom. IX. pag. 4.*

Pulſus in Pleuroperipneumonia, & ſilente deinde dolore in ſimplici Peripneumonia, *durus ac fortis*, usque ad paucas ante mortem horas. *Tom. IX. pag. 10. & Tom. XIV. Cap. I. in duobus ægris.* Unde quæritur num Peripneumonicorum pulſum mollem *Galenus* recte ſtatuerit? Ejusque autoritate Medici complures? Refelluntur multiplici *Plateri, Morgagni*, ac Noſocomii practici experientia.

tia. Ratio autem tempuſque mollitudinis in hoc pulſu notatur. *Tom. IX. a pag.* 78. *ad* 86. *Tom. XIV. Cap. I.* vid. *Anat. XCIV. XCV.*

Pulſus dicrotus in repetente narium hæmorrhagia fruſtra quæſitus. *Tom. XI. pag.* 12.

Pulſum conſuluiſſe *Hippocratem* ex plusquam 40. ejus textibus conſtat, minus tamen frequenter accurateque, quam & urinæ, & reſpirationis modum, pulſum ad ægrorum hiſtorias adnotavit. Diffiteri autem non poſſumus, illum in pulſu conſulendo quibusdam in caſibus & attentiorem, & diligentiorem nobis fuiſſe. *Tom. XII. Cap. I.*

In Pulſuum examine videtur *Aretæus* in univerſo ſuo Opere multus, eruditus, diſtinctusque, fuiſſe. *Tom. XII. pag.* 17.

Pulſuum naturam *Galenus*, plus æquo Mathematicus, ingenio finxit, ſupplevitque; eum autem in modum, ut mortalium nemo detegat, decernatque innumeras illas a *Galeno* notatas, differentias. *ibid. pag.* 20. Scriptores 4. 5. 6. 7. 10. 11. Sæculorum in *Galeni* verba jurantes, haſce ejus differentias ſimpliciter adoptarunt. *ibid. pag.* 23. Poſteriorum ævorum Medici alii minus, alii plus, de pulſibus notarunt. *ibid. pag.* 23.

Pulſum frequentem non eſſe eundem cum *celeri*, *Stahlius* contra *Hoffmannum* ſtatuit. *Stahlii* ſententiam obſervatio probat, & *Morgagni* notabili, pluribusque exemplis *Hallerus*, confirmant. *ibid. pag.* 24.

Pulſus nonnullis utroque in Carpo non eſt idem, ſive a natura, ſive a morbo tantummodo; ſæpe autem falluntur id affirmantes Medici, & Ægroti. *ibid. pag.* 26.

Pulſus intermittens ſæpe, non ſemper, ſignum diſcriminis multi. In morbis eum ejusmodi faciunt, latentes primarum viarum ſordes, quibus expurgatis intermiſſio, ut in *Ballonii* exemplo,

ceſſat. *2do.* Et Vermes pulſum intermittentem reddunt. *3tio.* Aut Vitalium partium ſive Protopathici, ſive Deuteropathici morbi, licet in aliis multis hæ omnes cauſæ non generent hunc pulſum. Et *4to* Pulſus intermittens nonnullis eſt naturalis. *ibid. a pag.* 30. *ad* 42. Eundem in morbo ſilere, reconvaleſcenti redire, *Ballonius* notat. *ibid. pag.* 40. Exemplum hominis ab *Autore* notatum, habentis in ſanitate intermittentem pulſum, in gravioribus morbis æqualem, nec ſperantis in morbis ſalutem, niſi a reverſa intermiſſione. *pag.* 41.

Aſphuxia quomodo a Syncope differat? Eſt Aſphuxia ſpuria & vera. Exempla utriusque. De varia ac fere incredibili Aſphuxiarum duratione. Difficilis intellectu ſæpe, cum ob diurnitatem, tum ob functionum complurium exercitium. *ibid. pag.* 42.

In febre acuta inflammatoria, cum caloris ad thermometrum augmento, *pulſus lentiſſimus* fuit, & quidem lentore nunc $\frac{1}{3}$. nunc $\frac{1}{4}$. minore naturali; imo ne poſt alimenta quidem aſſumpta celerior. Erecto quoque homini, quam jacenti, celeritas major erat, verum non ita, quam in aliis jacentibus erectisque celeritas augetur. Sanatus hic paulo quidem celeriorem pulſum habebat, quam erectus in morbo, tamen nunquam plus quam 55*quies* ſpatio minuti ſecundi micantem. *ibid. pag.* 51.

Medicorum *de pulſus celeritate* relationes immenſum diſcrepant, ſi alter jacentis pulſum explorat, ſedentis, ſtantisve alter. *pag.* 57.

Exemplum *pulſus*, habentis 15. modo ictus minuti tempore; quod contingit aliquando ſine periculo vitæ. Alius pulſus *decies* micans modo in minuto, in febre hectica. *ibid.*

Pul-

Pulſus tardiſſimus, ab Opio in celeriorem mutatus. Alius pulſus decies & quinquies in minuto micans. In Epileptico 22. ictus minuti ſecundi ſpatio: ceſſante per Septimanas Epilepſia, pulſus haud ultra tardus. Paroxysmum celeritate prænunciabat, in eodemque celer, poſtmodum in tarditatem abibat. Sectio Cadaveris hujus Viri *ibid. pag.* 63. Conjecturæ de hoc tardo pulſu per Anatomen. Non eſt ejus cauſa ſemper vera debilitas; aliquando enim adfuere & febris, & plethoræ ſigna. Vera ejus cauſa latet hucuſque. *p.* 73.

Pulſus ſolito celerioris, imo *celerrimi*, exemplum notabile in Juvencula acute decumbente, qui cum minore calore nunc minores, nunc plures ictus habuit; imo qui cum calore, vix excedente naturalem, 120*ies* 150*ies* 160*ies* unici minuti ſecundi ſpatio micavit: unde novo argumento demonſtratur attritum non ſemper eſſe caloris fabrum. *a pag.* 74. *ad* 87.

Quid *Pulſus Dicrotus*, & *Inciduus*, & *Intermittens Solani* ſit, exponitur. Secundum hunc Autorem *Dicrotus*, bis ſub una pulſatione feriens, *Hæmorrhagiam narium criticam* certo prænuntiat: *Inciduus*, duabus, tribus, quatuorve ſuccedentibus ſibi Pulſationibus, tam altitudine, quam vigore ſupra alias Diaſtoles inſurgens, *ſudorem criticum* indubitato præſagit: Intermittens certus criticæ Diarrhoeæ nuncius. *Nihelli*, *Batavorumque* experimenta, minime ea Solani confirmarunt. *ibid.* §.1. *Cap.* 3. Neque *Viennenſia. ibid. pag.* 100.

Bordeus, Medicus *Pariſienſis*, diviſit pulſum in pulſum *irritationis*, & in Pulſum *criticum*: *Criticum* diviſit in *ſuperiorem* & *inferiorem* : *Superiorem Criticum* in *Pectoralem*, *Gutturalem*, *Naſalem*; *inferiorem Criticum* vero in *Stomachalem*, *Inteſtinalem*, *Uterinum* , *Hepaticum* , *Hæmorrhoidalem*, *Renalem*, & *Sudatorium. ibid. pag.* 100. &c. Hos diverſiſſimos

mos pulſus tam accurate definit, diſtinguitque *Bordeus*, ac ſi ſuis ſinguli Caracteribus ſe cuilibet Medico conſtanter manifeſtarent, isque centies millieſque eosdem deprehendens, pro demonſtratis, pro certis clinices legibus, haberet; Verum enim vero ad omnia hæc mox adjunxit talia, quæ hoc omne novum lumen non obfuſcant modo, ſed penitus extinguunt: ſcilicet hos omnes criticos & acriticos pulſus æque raro, quam breviter, ſe tales, quales deſcripſerat, exhibere tangentibus; cum duo, tres, quatuor, pluresque, deſcriptorum pulſuum uno eodemque tempore commiſceri confundique ſoleant: quæ ſi vera ſunt, miramur profecto artem plusquam magicam, qua hoſce adeo diverſos, adeo inter ſe ſe oppoſitos, adeo ſecum miſtos, atque confuſos pulſus, centies & millies tam accurate per muſicos ſuos digitos & interſtinguere, & deſcribere, & ſuos docere Alumnos potuerit, dum interea fateatur ſimplicium pulſuum rarum experimentum eſſe. *ibid.* 111. *pag.*

Idemque *Bordeus*, qui centies & millies *pulſum criticum ſudatorium* veris ſuis notis cognoverit, ſcriptisque tradiderit, ipſe contra *Hippocratem*, omniumque Sæculorum Practicos, Criſin per ſudores fieri præfracte negat. Si ergo non datur Criticus ſudor, quam fidem ſibi adhiberi prætendit in ſingulis criticis pulſibus deſcribundis, ubi ab una parte *Sudatorium* ſic ſuis determinat caracteribus, ut in eodem internoſcendo falli nemo poſſit, & ab altera parte hunc ipſum Pulſum nunquam exiſtere aſſeverat? *pag.* 110. *&c.* Similia notantur de ejus explicatione Pulſus *urinarii. pag.* 160.

Totum & *Bordeui*, & *Mureti*, & *Fouqueti*, & complurium aliorum, de Pulſo ſyſtema plane arbitrarium eſt, & per ſe ipſum refellitur; confoditurque præterea abunde per experimenta innu-

mera

mera capta de induſtria in Noſocomio practico. Exponit Autor cur experimenta dudum quondam facta, renovaverit, multiplicaverit coram Auditoribus; quantumque ad id laboris, & temporis coram numeroſiſſimis Teſtibus impenderit. *ibid. pag.* 114.

Exemplum notabile toedioſarum Obſervationum, quæ ſpatio 156. dierum in Noſocomio practico continuabantur. Demonſtrarunt præter multa alia, *Solani* ac *Bordeui* pulſus aut defuiſſe, dum adeſſe deberent; aut adſuiſſe, dum abſolute non deberent; aut pulſus, ab illis nunquam notatos, adfuiſſe. *a pag.* 119. *ad* 134. Exemplum alterum huic ſimile, tertiumque, & quartum; una cum variorum pulſuum, ab illis nunquam obſervatorum, deſcriptione. *a pag.* 135. *ad* 146. Quæ ſi opus foret, obſervationibus plus quam ſexcentis in ægris factis confirmare *Autor* poſſet. *ibid. pag.* 146. Corollaria ex dictis. *ibid.*

Laudantur *Hildanus*, *Wierus*, *Proſper Alpinus*, *Morgagni*, quod dum aut intermittentem, aut alius cujuscunque naturæ pulſum, in Morbo aliquo, certoque morbi tempore, invenirent, nullam regulam practicam inde confecerint, ſed rariora ſemper accenſerint rarioribus. Ea occaſione iterum novi, nec deſcripti Pulſus, in Noſocomio obſervati, communicantur. *a pag.* 149. *ad* 158. Eumque ridiculum ſe præbuiſſe oſtenditur, qui exinde præcepta Prognoſeos condere voluiſſet. *ibid.*

Mutua in novis pulſibus determinandis diſſidia demere pergunt omnem iisdem fidem. *pag.* 159. Nova illa doctrina repudiata eſt a Deputatis Medic. Fac. Par. *pag.* 113. & 163.

Novi Doctores ſuum de pulſu Syſtema fundare ſatagunt ruinæ præceptorum teſtimoniorumque *Hippocratis*, *Galeni*, *Celſi*, *Fracaſtorii*, *Proſp.*

Alpinii, *Baglivii*, *Chemicorum*, *Stahlii*, *Hoffmanni*, *Sydenhami*, ac *Boerhaavii*, eo quod circa Criſin Acutorum in diverſa abierint: inconſtantem porro in tam gravi materie Medicinam reformandam, certioribusque principiis reſtaurandam eſſe rati, ſua pro talibus venditant. Refutantur autem examine ipſo ſuarum contra inclytos hos Autores objectionum, ut in Indice ad ſingulorum nomina patet. *a pag.* 163. *ad* 190. Velle doctrinam *Hippocratis* ex meris naturæ Obſervationibus natam, & per omnia ſæcula confirmatam ac demonſtratam, Tribunali Eruditorum una cum arbitrariis aliorum ſcriptorum ſyſtematibus de integro ſiſtere, ut, cauſa perorata, ſententia pronunciaretur, hoc profecto eorum injuſtitiam æmularetur, qui toties demonſtratam *Religionem* denuo cum *Deismo*, & *Atheismo*, ad ſuum Tribunal vocant. *pag.* 207.

Si quid veri demum unquam in Neotericorum præceptis eſſet, ad hoc ipſum detegendum ſe ipſos ineptos reddunt: quandoquidem ipſa eorum Praxis, propriis in libris enunciata, morborum naturam ſic ſubvertit, ut negotium criticum penitus perturbetur. *pag.* 206.

In Verminoſis pulſus haud ita caracteriſticus eſt, ut non fallat frequenter, ut & non deſit præſentibus Vermibus, & non adſit, iisdem nihil omnino in corpore exiſtentibus. *Tom. XIV. pag.* 160.

Pulſus vix mutatus a vehementiſſimis convulſionibus, corporisque agitationibus, & jactationibus, cur fraudem inſinuet? *Tom. XV. Cap. IV.* §. 5.

Pupillæ dilatatio non perpetuo quidem, ſed frequenter, eſt Vermium ſignum. *Tom. XIV. pag.* 166.

Pus an ſola prægreſſa inflammatione conficiatur, an vero ſæpe etiam citra inflammationem? Ultimum frequenter contingere pluribus exemplis oſtenditur. *Tom. II. pag.* 15. *Tom. VI. pag.* 40. Pus citra inflammationem genitum & ejectum, videtur a Sanguinis purulenta diatheſi aut in Viſcus aliquod, aut in Abſceſſum ſecerni. Aſt cur tunc non adparet in hominum illorum Sanguine? Latet, quamvis adſit. 1*mo* Materies inflammatoria in Sanguine dum mittitur non apparet; ſtagnando tantum ab illo ſeparat ſeſe, & cruſtam format. 2*do* Materies faciens membranam *Ruiſchianam* adeſt in omni Sanguine, & nihilominus, ni diu conquaſſaveris, non apparet. 3*io* In Sanguine non adparet polypoſa materies ſæpe, quæ ſcitur adeſſe. 4*to* In Sanguine non adparet materies, quæ tam vaſtas format ad Viſcera cruſtas. Poteſt pro 5*to* reſponſo Critica materies eſſe, quæ cum Hæmorrhagia vere critica prodeuns, ita in cruore latet, ut minime conſpiciatur. *Tom. II. pag.* 16. *&c.*

Pus furunculorum in iisdem non conficitur, ſed in illos aliunde immittitur. Sunt & ejusmodi Anginæ. *Tom. II. pag.* 20. *Puris* in morbis internis geneſis explicatur ejusdem in Vulneribus geneſi. *Tom. II. pag.* 32. *ad* 43. *Puris* generatio in Pulmone inflammato. *Tom. II. pag.* 37. Morbi & Vulnera demonſtrant *puris* materiem ſemper a ſanguine ſecerni. *Tom. II. pag.* 44.

Puris copia enormis genita in Cancro duarum feminarum, quæ utebantur Herba *Belladona*, minime tamen ſalutaris. *Tom. II. pag.* 45.

Q.

Qualitas & Quantitas ſanguinis &c. vide *Sanguinem*, *Lympham*, *Serum*, *Pus.*

Quartier (Jacobus) itinerator per Indias Occidentales ſub Rege Gall. *Franciſco* I. de Scorbuto quædam notanda habet. *Tom. VIII. pag.* 206.

R.

Radclive Medici maximi, & largitate ſua de Re Medica optime meriti, ſententia *Hippocrati* digna de Purgante mitiſſimo, intempeſtive dato *Tom. XII. pag.* 202.

Ramazzini vidit Aſphuxiam quatuor dierum, cum gelu Corporis, & tamen vires ad motum aptas. *Tom. XII. pag.* 45. Imo Aſphuxiam epidemicam vidit. *ibid. pag.* 46.

Renes calculoſi. vid. *Calculus* & plures *Anatomes.* Renes monſtroſi. &c. *Vid. Anat.*

Remediorum, maxime novorum, enarratio quantam circumſpectionem, prudentiam, atque candorem, requirat, ut humano generi proficua ſit, neve quis decipiatur. *Tom. VI. pag.* 314.

Reſpiratio bona, mala, pejor, peſſima, vim maximam habet in Diagnoſi, ac Prognoſi, unde ejus & emendatio, & conſervatio, in omnibus morbis ſeu Acutis, ſeu Chronicis, maxime indicant. Per omnes XV. Tomos in ſingulis ægris hujus datur Demonſtratio. Vid. *Hippocrates. Pulmo.*

De *Reſpirationis* machina, modoque, adhuc Lis eſt inter Principes Phyſiologicos, ut ex laborioſiſſima & eruditiſſima omnium ſententiarum collectione *Ill. Halleri in Elem. Phyſiol. Tom. III.* patet. *Tom. II. pag.* 140. *Reſpirationis difficilis*, imo aliquando *impoſſibilis*, cauſæ in cadavere videntur

dentur adeſſe, quæ nullum de ſe indicium in Vita dederant. *Tom. II. pag.* 131. *Tom. VI. pag.* 259. iterumque *pag.* 264. *Reſpirationis cohibitio* & præſentaneum Aſthmatis ſicci remedium fuit, & demum, ut videtur, mortis cauſa. *Tom. VII. pag.* 98.

Rhaſis, cunctorumque Autorum Arabum, latinas interpretationes adeo barbaras & inſulſas eſſe, ut nec *Rhaſis* dictionem, nec ſtylum ſapiant, teſtantur *Caſirus*, & *Trillerus*. Vid. *Sub utriuſque nomine*.

Richa quæſtionem de Emeticis in Acutorum principio optime tractavit. *Tom. III. pag.* 14.

Riverius laudatur in Quæſtione de *turgeſcente materia* in Acutis. *Tom. III. pag.* 8. In deſcriptione *Jodoni* de Ventriculo, qui medius diſſectus ſuperabat ulnam Pariſinam. *Tom. IV. pag.* 14. In Aurifabri hiſtoria, qui a dura Pancreatis ac Meſenterii mole Pylorum comprimente, Cardialgiam enormem patiebatur. *Tom. IV. pag.* 17. In uſtione Cranii ad rebelles capitis morbes. *Tom. VI. pag.* 248. Caſum refert de monſtroſo Ventriculo, ei fere ſimilem, quem ſupra ex *Jodono* retulerat. *Tom. XI. pag.* 312. Ileum letalem vidit, cum abſentia doloris, cum alvo a ſeptimo ante mortem die, ad uſque vitæ finem, copioſa ac frequente; ubi nihilominus in Cadavere tres Volvuli adeſſent, & tribus illis in locis Meſenterium gangrænoſum. *Tom. XIV. pag.* 128.

Riverius multa utiliſſima de Peſte ſcripſit; more tamen reliquarum definitionum, eius definitio quoque non dat Peſtem ſui initio cognoſcendam. *Tom. XIV. pag.* 273. Frequenti Venæ ſectione peſtiferorum debilitatem emendavit, curavitque morbum feliciter. Venam ſecuit etiam poſt apparentes Parotidas &c. *ibid.* 357.

Cl.

Cl. Rueff filium triplo maiore doſi, ad mitiorem mortem data, intra breve tempus reſtituit ſanitati ex morbo Ileo, cum Stercorum, Clysmatumque vomitu. *Tom. III. pag.* 95.

Ruiſchiana membrana quid ſit? quomodo conficiatur? quid inde de natura ſanguinis concludi poſſit? qualis ſanguis hac ablata ſupereſt? *Tom. I. toto capite* 6.

Ruiſchii Epiſtola ad *Grætium* conſulenda circa Polyporum in ſanguine generationem. *Tom. II. pag.* 129. Negavit Peritonæi duplicaturam; Hydropis vero, qui olim inter prætenſam hanc Duplicaturam gigni colligique credebatur, ſedem bene determinavit inter Peritonæum & abdominales Muſculos. *Tom. IV. pag.* 93. Hepar in Hydatidas mutatum, cauſamque deprehendit Hydropis. *Tom. IV. pag.* 96. Hydaticum Hydropem invenit in Ventre qui totus Hydatidibus Lympha ſcatentibus plenus erat. *ibid.* Bilem & aquoſam deprehendit, & ſextuplo copioſiorem. *ibid. pag.* 122. In una femina, eaque parturiente, Atreſiam detexit duplicem, quæ ſemini tranſitum conceſſerat, nato inde fætui negabat: utraque ſoluta feliciter promovit partum. *Tom. VI. pag.* 50. Meſenterium ſenſile eſſe multiplici vulneratorum Nautarum experimento demonſtravit. *Tom. XIV. pag.* 99.

S.

Sanguinis Hiſtoria. Autores laudantur, qui de illo ſcripſere. *Tom. I. pag.* 80. Experimenta in Sanguinem, pluries iterata, non idem perpetuo loquuntur. Sequuntur phænomena captorum

rum experimentorum in 150. hominum Sanguine. Cruſta ſanguinis, quam inflammatoriam vocant, tentata, alia cum gelida quotidie renovata aqua, alia cum calida: & mutationes huius materiæ obſervatæ quotidie 12. dierum ſpatio. Cruſta citius frigida, quam calida, ſolvebatur. *pag.* 83. Varii modi conficiundi ex ſanguine dictam membranam *Ruiſchianam. pag.* 87. Inquiſitiones in hanc membranam, & in ſuperſtitem ab ea confecta ſanguinem. Artificio quodam celeri confecta, non augeſcit protracto labore. *pag.* 89. Reſiduus ab hac operatione Sanguis manet fluidiſſimus. *pag.* 90. Vis tamen plaſtica Sanguinis illi cum ablata membrana *Ruiſchiana* non demitur, cum laborioſiſſime inde ſeparatum ſerum ad ignem coeat. *ibid.* Igitur hæc membrana ex plaſtico ſanguinis non conflatur. *pag.* 91. Neque ex Rore, quæ miſſo de cruore exhalat; ut triplici argumento demonſtratur. *pag.* 92. Nec cruſta phlogiſtica quid commune cum hac exhalante materie habet. *ibid.* Membrana hæc non formatur, ſi Sanguis a miſſione pauliſper quieverit, ſive in quiete probe tectus fuerit, ne ros exhalet, ſive non tectus. *pag.* 93. Idemque ille Sanguis, in quo membranam factitiam fruſtra quæſiveris, non coit ultra; ſerum tamen eius plaſticum manet. *pag.* 94.

Sanguinis ſerum Spiritu vini non coagulatur, lacteſcit ab eo tantum in ſuperficie. Non coagulatur cum Aceto, ſed nigreſcit. Nec cum pluribus Alcalinis &c. *pag.* 96. Aeque quam Ovi albumen, ad ignem in maſſam ſciſſilem abit; differt ab eo, quod Albumen in aquam fervidam infuſum coaguletur, ſerum autem aquam modo lacteam reddat; quæ lactea aqua poſtmodum cocta nullum format coagulum. *pag.* 96. 97.

Experimenta in naturam *Sanguinis*, in aquam calentem excepti. Gelatum quod in ea aqua eſt, neque

neque factitiæ membranæ, neque cruſtæ phlogiſticæ materia eſt. In ſano ac morboſo experimenta eadem. Unde Gelatum minime arguit, ut creditur, Phlogiſticæ materiæ in cruore præſentiam. *a pag.* 99. *ad* 101. Eadem phænomena ſanguinis, de tunſa vena in frigidam aquam excepti. *ibid.*

Sanguinis inflammatoriæ Cruſtæ phænomena novem. Sæpe inepte inde concluſionem formamus, cum in eadem Venæ ſectione frequenter oppoſitas refert Sanguis qualitates. *a pag.* 101. *ad* 105. Phænomena alia Sanguinis, ac ſeri; mirandique modi qua cruſta formatur. Cruſta familiaris pluribus eſt ſine febre, ſine ullo morbo noto. *pag.* 109.

Colorem pulcre rubrum Sanguinis non ab aëre eſſe, contra *Lowerum* demonſtratur. *a pag.* 109. *ad* 111. Incerta hucuſque natura ſanguinis eſt, longe accuratius proinde diutiusque exploranda. *pag.* 113.

Cruſtæ phlogiſticæ ſanguinis ea ſimilis materies eſt, quæ ex Viſceribus tranſudans, toties a morte invenitur Viſceribus pro involucro eſſe. Exempla huius. Conjecturæ ſuper eius formatione. *pag.* 115.

De formatione *Cruſtæ inflammatoriæ in ſuperficie ſanguinis* variæ conjecturæ. *Tom. II. pag.* 22. Cauſæ cruſtæ. *ibid.* Variæ apparitiones in ſanguine eiusdem Venæ ſectionis, ut ſine ordine in uno præ alio homine, in uno vaſe cruſta tegatur, in alio vaſe nulla; imo non perraro in uno vaſe & Cruſta & cruor ſummæ denſitatis ſit, in alio vaſe ſummæ diſſolutionis. *Tom. II. a pag.* 101. *ad* 107.

Sanguis falſo creditur ſemper eſſe diſſolutus in malignis morbis. Exempla multa, quæ vel in Malignitate extrema, vel mox poſtillam, aut laudabilem ſanguinem monſtrarunt, aut inflammatorie ſpiſſum. *Tom. II. pag.* 119. *Tom. IV. pag.* 202. *Tom. V. pag.* 3. 4. 5. 9.

San-

Sanguis ſi pro parte putride diſſolutus eſt, reſurgentibus viribus ad Corporis emunctoria, Cuteмve deponi, hac ratione depurari, reſtituique ſalus poteſt. *Tom. II. pag.* 120.

Sanguinis phænomena quædam. Cruſta phlogiſtica eo ſolet denſior eſſe, quo vas anguſtius eſt, eoque tenuior, quo vas planius ac latius: ſic ut in planiſſimo vix deprehendantur veſtigia cruſtæ; in vaſe anguſto altoque craſſitudo lardi ingens. Dicitur porro, *ſolet eſſe*, cum aliquando viſum eſt fallere, raro tamen, experimentum. Unde Diagnoſeos ac Prognoſeos vanitas adparet, quando quis, non attentus in amplitudinem vaſis, de majore aut minore Cruſtæ ſpiſſitudine concludit, *Tom. III. pag.* 118.

Sanguinis cruſta valida die 8. morbi, pauloque ante obitum deprehenſa, manifeſto arguit falſum eſſe, quod ſtadium inflammatorium die 4. mutetur; falſumque eſſe, quod in Maligno morbo, maxime leto inſtante, ſanguis ſit putride diſſolutus. *Tom. III. pag.* 119.

Cum tanta *Sanguinis acrimonia*, ut Crus totum in Sphacelum converteret, phlogiſtica ſanguinis materies ex irritatis vaſis exſudans, verum pus in plaga ſphacelata diu multumque genuit. *Tom. III. pag.* 121.

Num in ſuppoſita putrida diſſolutione Cruoris, tuto dentur Acida mineralia, & Peruvianus Cortex, ſanguinem condenſandi ſcopo? Omnino: Acida enim mineralia tanta aquæ copia miſcentur, ut non modo non adſtringant, ſed diluant potius, ſolvant, ac refrigerent: Cortex autem non conſideratur ut adſtringens, ſed ut reſiſtens putredini, ut ſiſtens Gangrænam, ut æſtus ſenſationem in febribus minuens, ut debilium frigus in naturalem transmutans calorem, febres æque macerrimo in corpore, quam in obeſiſſimo jugulans, citra vel

P mini-

minimum vis adſtringentis ſicco in corpore detrimentum, ita ut vera eius vis adhuc inter problemata ſit. *Tom. III. pag.* 123.

Sanguis in die 12. maligni morbi, per medias Petechias, denſus & inflammatus. *Tom. IV. pag.* 202.

Quantum Sanguinis feminæ harum regionum ſingula Catameniorum periodo evacuent? *Tom. IV. pag.* 204.

Sanguis arterioſus a Venoſo plurimum differt. *Tom. IV. pag.* 208.

Quod *Serum Sanguinis*, & Ovi albumen, Syrupi Violarum colorem in viridem mutent, alcali in iisdem præſentiam minime demonſtrant. *ibid.*

Sanguinis Calor an ſolo attritu generetur? vid. Calor.

Sanguinis parciſſima aliquando ineſt corpori copia. vid. *Anatom. XXXII. XLIII. LI. LXXVIII.* Vix in corpore ſanguis, & tamen pulſus plenus, ſanguis quinque ante mortem horis phlogiſticus, ſummoque impetu de vena exſiliens, ubi poſtmodum per hæmorrhagiam internam & externam unciæ octo Sanguinis duntaxat effluxerant. *Tom. VI. a pag.* 98. *ad* 111. Quæ ad explicandum hoc Clariſſ. *Lieutaud* habet, partim minus miramur ob majores hæmorrhagias, partim æque difficilia explicatu, quam præcedentia, ſunt. *ibid. pag.* 114. Vita ſine Sanguine fere. *Tom. IX. pag.* 45.

Sanguis inflammatoria materie ſatur, oberrare diu in corpore poteſt, & dein aut Sputis purulentis, aut alio modo evacuari; & aliquando ſic, ut integra ſanitas ſuccedat. *Tom. VIII. pag.* 50.

Tota *Sanguinis* hiſtoria iterato recenſetur, experimentis in morbo captis, quibus conſtitit nihil eo judicio incertius damnoſiusque eſſe, quo, ex educti de corpore Sanguinis phænomenis, quis certi quidquam de natura exiſtentis in corpore Sanguinis

guinis eruere contendit, non conſultis ſimul ſignis morbi ceteris. *Tom. IX. pag.* 23. & pag. 68.

Sanguis de vena *frigidus* exſiliens. *Tom. IX. pag.* 76. De Sanguine putridis in morbis diſſoluto, ſententia *Pringlei* refellitur numeroſiſſimis exemplis, quæ ex prioribus tomis repetuntur, novisque ſtatuminantur. *Tom. X. pag.* 239. Repetitur denuo Sanguinis hiſtoria, afferunturque exempla Miliarium, ac Petechiarum, Variolarum, Morbillorum, Scarlatinarum, cum Sanguine vel bono, vel ſpiſſo, vel ſoluto: ita ut crebro Sanguis nihil conferat ad interſtinguendum morbi genium. *ibid.* multoque minus, quod exemplis numeroſiſſimis conſtat, ſi iisdem in morbis, ægrisque, uno die horave inflammatus Sanguis proſiliat, altero die vel hora aut naturalis, aut penitus ſolutus; maxime cum in eadem Venæ ſectione adeo diverſus prodeat. *ibid.*

Quo ad *Sanguinis*, omniumque corporis humani humorum notitiem accuratiores atque frequentiores labores admovit Autor, eo imperfectius eosdem ſe noſſe fatetur. Ratio videtur eſſe, quod humores humani in tota natura rerum non videantur humorem ſibi conſimilem habere; quodque de Corpore educti mox genium, quem per vaſa tranantes habebant, inſigniter mutent; quod denique ignoremus, æternumque ignorabimus, admirandæ noſtræ Machinæ Structuram intimam, qua ex cruda materie per centum pluresque aliquando annos paret, perficiat, conſervetque humores humanos, eosque, quo momento ex ſeſe defluunt, exhibeat alienos. *ibid. pag.* 244.

Sanguis in morbo inflammatorio velociter proſiliens, cruſtam denſiorem, quam lente, aut guttatim, formare ſolet, ſed non conſtanter. Contraria experimenta. *Tom. XI. pag.* 95. Craſſamentum, ſeu pars rubra *Sanguinis*, in ejusdem

Venæ ſectionis vaſe uno vix ſciſſile, in altero facile ſolubile. *ibid.* Alia priorum confirmatio: ita quidem, ut ſi quis ex ſola ſanguinis apparente in Vaſculis iſtis natura conficere quidquam vellet, eodem morbi tempore attenuantia præſcribere, & adſtringentia, deberet. *ibid.* 107.

Incerto tempore abſolvitur *Sanguinis* de Vena miſſi coagulatio; ſic ut ſæpe interea dum fluit, cruſtam jam formet, ſæpe 1. 2. 3. horis modo elapſis. *Tom. XI. pag.* 108. Novæ Obſervationes quæ abunde confirmant priores. *ibid. pag.* 117. *Sanguis* ineunte die inflammatorii morbi ſeptimo, isque jam nona vice miſſus, cruſtam ſemipollicis, prioribus longe denſiorem, formavit; eodemque die patiens obiit. Ergo iterum exemplum docens 1*mo* Stadium inflammatorium die 7. adhuc adfuiſſe: 2*do* non cum diſſoluto, ſed ſpiſſiſſimo Sanguine, ægrum tàm remote a morbi principio obiiſſe. *Tom. XIV. pag.* 26.

Sanguis intra 6. dies miſſus decies in duobus hominibus, ſemper æque ſpiſſus tam in rubra, quam in alba parte, idque cum pulſu poſt easdem forti plenoque. *Tom. XIV. pag.* 51.

Sanguinis ſputum, ejusque Vomitum, præter alia auxilia, Aqua gelida, gelidi potus, medicamenta, alimenta, egregie curant, febres præcavent, metumque ſecuturæ alias Phthiſeos tollunt. *Tom. X. pag.* 300.

Sanguinis ſputum aliud hepaticum, aliud pulmonicum, deſcripſit *Hippocrates.* vid. *Hipp.*

Sanguis in cadaveribus Beſtiarum ac Hominum, etiamſi mox a morte aperiantur, etiamſi mox ante mortem ſub denſa cruſta ſpiſſiſſimus eſſet, paſſim invenitur diſſolutus. *Tom. XV. toto cap. II.*

Sanctorini demonſtravit in Encephalo fibras medullares ſe decuſſantes variis in locis. *Tom. IV. pag.* 195.

Sanitatis *Conſilium Viennenſe* in quæſtione de dando Emetico in Acutis, atque Malignis morbis, *Hippocratice* reſpondit. *Tom. III. pag.* 12.

Sauvages laudatur in natura & origine puris, atque inflammatoriæ cruſtæ. *Tom. II. pag.* 22. In Hiſtoria Radicis Polygalæ. *Tom. IV. pag.* 232. vid. *Polygala.*

Scarificatio *Hydropicarum partium*, periculoſa ſæpe ob gangrænam tuties inde natam, mortemque, cur ab *Hippocrate* tuto inſtitui ſolebat? *Tom. V. pag.* 93. Summæ Laudis in Peſte eſt, etiam apud illos, qui venæ ſectionem in ea vetabant. *Tom. XIV. part.* 2. *cap.* 7.

Scarlatina una cum Miliaribus albis, cum Variolis, cum Petechiis, in eodem morbo, & corpore, & morte ſubſequente. *Tom. II. pag.*104.

Scheigll, *Viennenſis* Medicus, in egregia ſua Diſſertatione dedit Puellæ hiſtoriam, quæ mortua omnibus credita, in vitam reſtituta ejus auxilio fuit. *Tom. XIII. pag.* 272.

Schenckius laudatur in curatione vulneratorum Inteſtinorum, vel per ſuppurationem foras patentium. *Tom. VII. Cap. IV. pluries.* In ſudore ſanguineo. *Tom. XI. pag.* 266.

Schröderus *Saturninorum* uſum internum detrimentoſe laudavit. *Tomo. X. pag.* 86.

Schwencke (Thomas) laudatur in Hiſtoria Sanguinis. *Tom. I. pag.* 80. In curatione morbi a Squillis marinis venenatis orti. *Tom. III. pag.* 86. In Coxario morbo propter Ligamentum acceſſorium. *Tom. IV. pag.* 129.

Scripturæ ſacræ Libri laudati & adplicati: *In Tom. II. pag.* 143. 145. citatur *Eccleſiaſtes*, cap. 1. 3. 8. & 9. Liber *Sap.* Cap. 7. Liber *III. Regum* Cap. 3. & 4. *ibid. pag.* 169. *Geneſis* Cap. I. vers. 31. ut & Tom. *IV.* pag. 225. Deinde in Tom. II. pag. 172. *Lucas*, cap. 16. vers. 24. Tom. III. pag. 141. *Eccleſ.* Cap. 8. Et pag. 233. *Mathæus.* cap. 20. vers. 4. & 7. Et Tom. IV. pag. 225. *Sapientia*, cap. II. vers. 12. *Mathæus* cap. 6. vers. 29. Ut & pag. 230. *Eccleſiaſticus.* cap. 38. *Pſalmus* 18. verſus 3. Tum & in Tomo VI. pag. 143. *Mathæus*, cap. 16. vers 26. Tomo autem IX. pag. 245. *Tobias*, cap. 6. & 11. Tomo iterum XIII. pag. 159. *Pſalmus* 7. vers. 10. & *Jeremias* cap. 17. vers. 10. & *Geneſis* 9. vers. 5. ac 6. *Tom. XV. pag.* 35. *Eccleſ. Cap.* 1. 3. 8.

Scirrhorum numeroſorum in uno homine terribile exemplum. *Tom. VI. Cap. V. Hiſt. I. Scirrhos*, ſeu Scirrho ſimiles Strumas, aut Scrofulas, nec maturantia curarunt, nec Aceti vapor, nec Alcalinus ſal vino acido ſolutus, nec ſapones copioſi, nec ſpongia uſta, nec Mercurius ſublimatus, nec plura alia, ſolvere potuerant; ſolverunt autem ea, quæ in formula Doctoris *Menſurati* continentur, at vero ad tempus tantum, malo poſtmodum redeunte. *Tom. II. pag.* 186. Tumores plures, ipſæque Hydatides, mentiuntur ſæpe Scirrhos, & Cancros, qui tamen tumores, dum vel ſponte recedunt, vel Chirurgica operatione eximuntur, vel in Cadaveribus examinantur, Scirrhi naturam minime habent. *Tom. VII. a pag.* 129. *ad* 141.

Scopoli, Phyſici *idrienſis* præclari, experientia laudatur, qua in Epilepticis Radicis Valerianæ Sylveſtris præſtantiam demonſtravit. *Tom. V. pag.* 121.

Scorbutus cur nobis, quam priſcis, notior? Et quosnam potiſſimum affligit? *Tom. VIII. pag.* 198. Deſcribitur Alcalinus eſſe, Acidus, Muriaticus, differens omnino a ſpontanea humorum in ejusmodi acrimonias mutatione. At vero utrum talis Scorbutus triplex extet, uti quidem *Severinus Doccumanus*, nomine *Eugaleni* notus, *Sennertus*, & *Boerhaavius*, cenſuerunt; an vero unicus modo Scorbutus ſit; merito quæritur. Numeroſiſſima Itineratorum Obſervata videntur unicum modo Genus Scorbuti agnoſcere. Eum in finem recenſentur Itineraria duodecim per extremas, oppoſitasque noti Orbis plagas. *ibid. a* 204. *ad* 223. Compertum ex hiſce fit Scorbutum Nautarum æque fervido ſub Cælo, quam ſub gelido naſci: *Scorbutum hunc marinum* eſſe eundem per omnia cum *Scorbuto terreſtri*: nec curari tantum remediis ſpecificæ acrimoniæ oppoſitis, verum etiam, idque tum feliciſſime, tum cito valde, herbis ſucculentis, ſaponaceis, tam aceſcentibus, quam alcaleſcentibus, imo quam alcalinis. *ibid.*

Scorbutus marinus gignitur non ab aëre marino, non ab Atmoſphæra humidiore, non ab alimentis ſalitis, neque etiam a Vegetabilium ſuccorum penuria; ut ſingulorum exemplis demonſtratur; ſed 1. ex victu corrupto. 2. ab aere humido frigidoque. 3. a veſtimentis cum tenuioribus, tum humidis. 4. Ab humidis tenuibusque lectis. 5. a vegetabilium Succorum defectu. 6. a diuturnioribus animi de itinere adverſo longoque mœroribus: ſic ut non una, ſed junctæ harum plures cauſæ hunc morbum gignant. *ibid. a pag.* 225. *ad* 233.

Scorbuti putridi curationes inſignes tam per alcalina, quam per acida. *ibid. pag* 133. Cur *Pringliana* de prætenſo acido Cochleariæ herbæ experimenta hic nihil explicent? *pag.* 234. Saponacea vis herbæ cujuscunque forte totum negotium

 ab-

abſolvit. Aër ſerenus juvat quidem, ſed abſolute neceſſarius non eſt. *pag.* 238.

Cum curæ marinæ & perfectæ fuerint, & veloces, Nautis tota die herbas ſucculentas vorantibus, intelligimus cur nos ad dragmas unciasve quotidie has dantes in continenti, ſæpe parum proficiamus. *pag.* 239.

Autores qui de *Scorbuto* conſulendi ſunt, recenſentur numeroſi. *Ibid. toto Cap. IV.*

Aërem fixum Vegetabilibus contentum *Macbridius* putavit eſſe veram Scorbuti medelam; eo quod interponens ſeſe inter fibrarum elementa, inter quæ Aër fixus, ut elementorum vinculum, deficere incipiens in putridæ ſolutionis cauſa erat, novo illa vinculo colligaret. Oſtenditur omni genere Vegetabilium ſucculentorum, præter auxilia alia, *Scorbutum* curari quidem, at vero neutiquam eorundem aëre fixo: ſiquidem fermentatio non datur humano in corpore, qualis ad hunc aëra ſuo carcere ſolvendum requireretur. Deinde ſi hoc etiam concederetur, tunc Nautarum nemo unquam *Scorbuticus* fieret, utpote ejusmodi Vegetabilibus perpetuo paſtus, quibus enormis copia aëris fixi ineſt. Ita ut demum Vis Vegetabilium ſaponacea, eaque copioſiſſima, omnem curare *Scorbutum* videatur. *pag.* 132.

Scultetus laudatur in cura Aneurysmatis ſpurii. *Tom. IV. Cap.* 2.

Senac, Archiatrorum Gallorum Comes, aquam in ſubmerſorum ſive Ventriculo, ſive Pulmone, inveniri negat, ingenioſeque exponere conatur cur in apertam eorundem glottidem aqua non intret. *Tom. XIII. pag.* 209. Experimenta hanc ſententiam ſubvertunt. *ibid.* Negat hominem, in

altum ſuſpenſum pedibus, capite declivi, vomere poſſe. Experimentum contrarium. *Ibid.* 249.

Senile fatum in cadavere feminæ 102. annorum truſtra quæſitum. Vid. *Anatome LXVIII.*

Sennertus Aphthas ut infantum morbum deſcripſit, ſin vero & Adultum invaderent, ad morbi malignitatem retulit. *Tom. VIII. pag.* 113. De Scorbuto multa habet. Vide *Scorbutum.* Febrem malignam, febrem peſtilentem, & peſtem ipſam, ſic diſtinguit, ut in prima ex multis decumbentium pauci morerentur; in altera multi & perirent, & reconvaleſcerent; in ultima plurimi interirent. *Tom. XIV. pag.* 273.

Senſibilitas & Inſenſibilitas variarum corporis humani partium, incerta res eſt, cum earundem plures nunc ſenſibiles eſſe videantur, quæ alio tempore minime: unde cauſa capitur diſcrepantiarum de hac ipſa re ſententiarum. *Tom. IX. pag.* 105. Modificatio, quam ad haſce conciliandas excogitavit *Morgagni*, partim quidem admitti poteſt, partim vero experientia cum ipſius *Morgagni*, tum aliorum, neutiquam. *ibid. pag.* 109.

Ex demonſtrata vera Arthriticæ materiæ ſede videtur Perioſteum, Ligamentum, Tendoque, e ſenſibilibus partibus eſſe. *pag.* 115.

Hippocratis, *Morgagni*, ac *Pujati* experientia, Inflammationes & Suppurationes, citra febrim, citraque dolorem contingentes, docent partes maxime ſenſiles aliquando quidem inſenſiles videri, perperam tamen earundem inſenſibilitatem inde confici. *pag.* 117. Haud pauca experimenta extant Ventriculi, & Inteſtinorum, ſæva inflammatione in Gangrænam Sphacelumque abeuntium, citra vel febrem, vel dolorem, vel utrumque.

Exempla. Non licet propterea horum concludere inſenſilitatem. *pag.* 119. Occaſione præſentis Quæſtionis, cum omnis negaretur Membranis ſenſilitas, ea quoque negata Pleuræ fuit, neque inſenſilem tantummodo Pleuram eſſe, ſed nec inflammabilem, ſcriptitatum eſt, & Cadaverum ſectione per claros Viros *Valſalvæ* ac *Morgagni* demonſtrari creditum, Pleuritidisque ſedes a Pleura ab his in Muſculos intercoſtales, ab illis in pulmonem translata. At vero cum ipſius *Valſalvæ* ac *Morgagni*, tum practici Noſocomii publica demonſtratione, Pleuritidis ſedes in Pleura apparuit. *ibid. a pag.* 122. *ad* 194. Novis experimentis hoc probatur, quæ una cordis irritabilitatem dubiam faciunt. *Tom. X. pag.* 282. Iterumque *Tom. XI. pag.* 136. Reliqua vide ſub H. & C. ad *Hallerum* & *Cor.* Finis quæſtionis de Senſibilitate partium. *Tom. XII. pag.* 263. Occaſione *Itali* ſcriptoris, litem diremtam dolentis, explicatio ejusmodi datur, ut qui Tendines, Ligamenta, Membranasque, inſenſiles eſſe arbitrantur, æque eadem omnia inflammari dolereque poſſe concedere debeant, quam qui eadem ſenſibilia ſtatuunt. Ex autorum priſcorum recentiumque autoritate, & ſingulæ de hac re olim litigantis partis Obſervatis, Caſus proponuntur, in quibus vel nihil, vel parum, vel validiſſime, cunctæ hæ partes dolere debeant. *Vide Tom. XIV. toto Cap.* 3. Epiſtola illuſtris *Halleri* ad Autorem de hac materie. *ibid.* 118. Refutatio nova eorum, qui vaſa Pleuræ denegaverant. *ibid. pag.* 85. Demonſtratio vaſorum plurimorum in omnibus membranis, & qua ratione ſe hæ vel ſenſibiles, vel inſenſibiles præbeant. *ibid.* Inter alia argumentum petitur ex ipſa Podagra, & ex methodo hanc Hirudinibus ad locum dolentem admotis curandi. *ibid. pag.* 108.

Supe-

Supererit tamen nodus utrique parti indiſſolubilis, cur nimirum partes, utriusque conſenſu ſenſillimæ, ab inflammatione brevi letali impetantur, citra vel minimum dolorem. Plura exempla. *ibid. a pag.* 125. *ad* 138.

Septalius peſtem in eam diſtinxit, quæ ab inquinato aëre, & in illam, quæ ab infecto cum ſano, communicatur: Signa autem, quæ in omni peſte incipiente neceſſaria cognitu eſſent, non attigit. *Tom. XIV. pag.* 267. Poſt longa ſua in tractanda Peſte infortunia, incidit tandem, una cum Collegis ſuis, in fortunatiorem Venæ ſectionis methodum. *ibid. pag.* 366.

Sgraveſande aëris proprietates in uſum humanum, & maxime in uſum medicum, ſapienter determinavit. *Tom. XIII. pag.* 28. 38. 47.

Sgraauwen Medicinæ apud *Harderovicenſes* Profeſſoris celebratiſſimi, Diſſertatio laudatur de pulveribus, qui abſorbentes vocati, vel nullum acidum abſorbent, vel non omne acidum. *Tom. I. pag.* 32.

Sidobre, Doctor *Monſpelienſis*, Variolas & Morbillos eodem tempore vidit in eodem ægro. *Tom. II. pag.* 115. Laudavit maturarum Variolarum aperturam. *ibid. pag.* 61.

Sinapio *Viennæ* praxin exercens, advertit in Peſte *Viennenſi* anni 1679. in aula Principis de *Radzivil* eos omnes Peſte interiiſſe, quibus Vena ſecta non fuiſſet; quibus vero ſecta fuiſſet, hos emerſiſſe omnes: eaque occaſione *Botalli*, *Riverii*, ac *Sydenhami*, curam Peſtis antiphlogiſticam, vehementer laudat. *Tom. XIV. p.* 358.

Som-

Somnambuli actiones, & geſtationes conſiderantur, easque explicandi quæritur modus. *Tom. IV. pag.* 190.

Sorbait (Paulus) *Viennenſis* Profeſſor, bene explicuit quæſtionem de Materia turgente in principio Acutorum. *Tom. III. pag.* 8. Petechias vocavit motum noxium & ſymptomaticum. *Tom. V. pag.* 5. *Tom. VIII. pag.* 95. *&* 107. In pertinacioribus Capitis morbis uſtionem Cranii laudavit cauterio ardentiſſimo. *Tom. VI. pag.* 250. Ampliſſimam Peſtis deſcriptionem dare conatus, addidit: Si cum his prædictis ſignis plures eodem tempore moriantur, *de Peſtis præſentia conjecturandum eſſe.* An igitur nunquam de Peſtis præſentia *certus* fuit? Fuit omnino, ut ex ejusdem Libello *de Peſte Viennenſi* ſcripto patet, totaque ejus deſcriptio certam ponit Peſtis notitiem. Quæritur cur nihilominus ad hæc omnia ſigna *conjecturandum eſſe de Peſte* ſcribit? *Tom. XIV. pag.* 277. *&* 297.

Spaſmi. vid. *Tetanum* & *Convulſionem.* *Spaſmodicæ* conſtrictiones ſphincterum Veſicæ, Uteri, Faucium, ſæpe imponunt nobis. *Tom. II. pag.* 138.

Specifica num talia ſint, qualia laudantur, tempus uſusque docent. *Tom. VI. a pag.* 314. *ad* 317. In hiſce oportet eſſe non credulum, ſed docilem. *ibid. & Tom. IX. pag.* 258.

Spina ventoſa terribilis morbus, ſi curetur, natura potius, quam arte, curatur. Quid in eadem profuerit aliquando. *Tom. III. pag.* 192.

Spiri-

Spiritus vini rectificatiſſimus aqua miſtus, remedium Ophtalmiarum inveteratarum incomparabile. *Tom. IX. pag.* 243.

Sphacelus in parte, cum pure craſſo perpetuo, unde hoc? *Tom. III. pag.* 86.

Spongia uſta ad Tumores duros laudatur, ſæpe autem nihil juvat. *Tom. II. pag.* 187.

Squilla marina comeſta, ſymptomata Veneni generat. An quod cum hac coctus fuerit, qui una cum illa in Sagena capitur, Lepus marinus? An quod Muria in qua ſquillæ coctæ, ſervata in aliam coctionem æneo in vaſe fuerit? *Tom. III. pag.* 85.

Stahlius merito contra *Hoffmannum* diſtinxit inter pulſum celerem & frequentem. *Tom. XII. pag.* 24.

Steeneveldii tractatus *de ulcere verminoſo*, latine a *Bidloo* redditus, laudatur. Eſt inter Opera omnia *Bidloi. Tom. XIV. pag.* 194.

Sterni oſſis corruptio, cum univerſi corporis, univerſorumque viſcerum integritate, atque formoſa toroſitate, cauſa mortis. *Tom. VI. Probl.* 6. *Cap.* 4. Perterebratum hoc Os olim a *Galeno*, dein in *Beckero Adæmono. ibid. pag.* 129.

Sthaar Peſtem *Cracovienſem* deſcribens, nullum certum ſignum habuit, quo eam inchoantem a morbis conſimilibus internoſceret. *Tom. XIV. pag.* 288.

Struma, Scrofula, &c. vid. *Scirrhus*, *Tumor*.

Sublimatus vid. *Mercurius*.

Sub-

Submerſorum quæſtio agitatur, & cur? *Tom. XIII. pag.* 192. Ad hanc ex ipſis Submerſorum Cadaveribus illuſtrandam, hæc ut ad Noſocomium ſuum adferant, a Suprema Poteſtate petit, obtinetque. *pag.* 195. Primum & alterum exemplum reſtituti in vitam ſubmerſi hominis. *pag.* 195. Primum exemplum fruſtranei laboris. *pag.* 197. Enarratio variorum auxiliorum, quæ Submerſorum admovenda corporibus. *ibid.*

Submerſis in Canibus quater facta Bronchotomia & Aëris inſpiratio expiratioque, ſive ſola, ſive cum ceteris auxiliis, ſed incaſſum. *pag.* 199.

In *Submerſis* aperta invenitur ſurrectaque Epiglottis. *pag.* 208. Hoc idem expertus *Littræus*, arbitrabatur id tantummodo detractis ex unda Cadaveribus contingere, non in aqua; quia aquam negabat demerſorum ſubire Pulmones: quod an vere dixerit, patebit mox. *ibid.*

Senacus cum *Beckero* aquam ſive in demerſorum Pulmones, ſive in Ventriculum intrare negans, arbitratur aëra Trachæa contentum impedire ne in Trachæam ſubeat aqua; quod an verum ſi, ex ſequentibus liquebit. *pag.* 209. *Platerus* non Ventriculo, ſed Pulmone aquam hauriri putavit. *Littræus*, ut ſupra, vix Pulmone, paſſim Ventriculo. *Beckerus*, & *Walſchmidius*, & *Senacus* neutro. *Morgagni* quoque XIV. experimentis in ultimorum ſententiam inclinat. *pag.* 210.

Quintum experimentum Autoris in *ſubmerſo cane*, in quo auxilia numero novem incaſſum admota ſunt.

In ſexto cane fruſtranea Electrinarum virium exploratio.

In ſeptimo varii experimenti labor inanis. *pag.* 214.

In cane octavo experimenta vitam belle revocarunt, neglectu proprio denuo evanidam. *pag.* 219.

Experimenta mutato ordine, ac multiplicato, inſtituta in canibus ſeptem, incaſſum. Experimentorum exactitudo & curantia. *pag.* 218.

Tertium vitæ in homine reſuſcitatæ experimentum, & ſymptomata, quibus poſtmodum decubuit in Noſocomio practico. *pag.* 231.

Experimentum in homine quintum, fruſtraneorum alterum, quod ne ſuccederet quorundam effecit barbaries. *pag.* 237.

Experimentum, ſextum, fortunatorum quartum, ita tamen, ut mulier graviter diuque poſtmodum in Noſocomio decubuerit. *pag.* 242.

Animadverſiones in multarum conamina, quorum nonnulla improbanda videntur, & cur? *pag.* 248.

Suſpenſionem *Submerſorum*, pedibus in altum elatis, Autorum recenſitorum argumentis perſuaſus, improbabat hoc tempore Autor. *pag.* 248. (Meliora poſtmodum edoctus, laudavit, ut *Tom. I. Rat. med. continuatæ*, germanice redditæ, patet;) & *Tom. XV. Cap. I.* §. 111. confirmatur.

Anacephalæoſis experimentorum. *pag.* 242. Canumne, quam hominum, difficilior vitæ reſtitutio? *Tom. XV. pag.*252. Gradus vitæ beſtiarum, hominumque. *pag.* 254.

Quæritur an Spuma, ore naribusque prodeuns, ſignum non ſit & undæ pulmonibus hauſtæ, & reſtitutionis deſperatæ? Negatur utrumque per validiſſima argumenta & demonſtrationes. Hac occaſione celeberr. *Hippocratis Aph. ſect.* 2. Nro.43. ex eodem, & ex *Galeno*, exponitur. *pag.* 258.

Chriſtophori a Vega methodus, qua duos homines, vapore clauſi diu putei ſuffocatos reſtituit, in *Submerſis* laudanda eſt. *pag.* 258. & 259.

An

An Prognoſis *Kundmanni* vera, quæ a temporis ſpatio, quo quis moratus ſub undis eſt, formatur? Non per omnia. Exempla contraria. *pag.* 260.

Multa exempla reſtitutorum in vitam hominum, qui exinde vel graves morbos tolerarunt, vel perierunt: hoc tamen auxilia retardare non debet, cum ſaltem infelices illi corporis animique negotia pertractandi opportunitatem nanciſcantur. *pag.* 262.

Conjecturæ recenſentur de majore minoreve ſalutis ſperabilitate, quæ probabilitate vacare videntur: noſtrum duntaxat eſt, his miſſis, ſtrenue allaborare, etiamſi ex centenis perpauci tantum evaderent, qui neglecti de manibus noſtris a SUPREMO JUDICE repetebuntur. *pag.* 264. *Auguſtiſſimæ Imp. ac Reginæ noſtræ* hac de re laudes. *pag.* 269.

Duo exempla reſtitutæ Vitæ duobus hominibus Carbonum vapore ſuffocatis. *pag.* 270. Enumeratio variorum caſuum, in quibus oporteat enarrata tentamina explorare. *pag.* 271.

Notabile exemplum *Viennenſis* puellæ multo labore ad vitam revocatæ, quæ a Tuſſi convulſiva dudum periiſſe ab omnibus cenſebatur. *pag.* 271. Variæ hiſtoriæ antiquæ, revocatæ per artem vitæ iis, qui diu obiiſſe credebantur. *pag.* 274. Habentur ſic in habita hucusque relatione *Viennenſium*, ſubmerſorum hominum in vitam reſtituti, quatuor, ſuffocatorum duo, & una puella, quæ a convulſiva tuſſi ſtrangulata diu viſa fuerat. Ut ſaltem ſepties hæc cura homines, qui alias mortui manſiſſent, vitæ reſtituerit. *ibid.*

Hominis ſubmerſi vita eo usque revocata, ut tempus ſe cum DEO reconciliandi nanciſceretur; quod ſi unicum foret impenſi emolumentum laboris, conſcientiam cujusque ad eundem præſtan-

dum

dum obligaret. Plura hujus exempla. *Tom. XV. Cap. I. §. III.*

Quæſtio gravis Medico-legalis, an aqua in Pulmone præſens, convincat hominem demerſum eſſe? Et an vivum demerſum? An abſens aqua nos convincat, aut non eſſe hominem demerſum, aut ſaltem non vivum? Vidi has quæſtiones experimentis ſolutas. *Tom. XV, toto Cap. II. & III.*

Sudor an ideo poſt Hæmorrhagias ſive Vulneratorum, ſive Puerperarum, experto Embryulco *la Motte* ita laudatus fuit, quod humorum vim nimiam ab arteria vulnerata, uterove, ad cutim verti deſignet? *Tom. VII. pag.* 27.

Sudor criticus quandonam rigorem præeuntem debeat habere, quandonam non? *Tom. VIII. pag.* 8. Textus magnus *Hippocratis* per ipſum *Hippocratem* exponitur. *pag.* 12.

Poſt bonos criticosque *Sudores* ægri alios in morbos incidere, inque mortem poſſunt. *pag.* 11. Dubius ſudoris caſus in Noſocomio practico. *ibid.* Sudor letalis, qui & Synchronus morbo, & perpetuus, ex *Hippocrate*, & obſervatione. *pag.* 14.

Piſoni Pleuritidem *ſudore* perfecte judicari, idque *Hippocratis* autoritate, & experientia, rato, negatur utrumque. *ibid.*

Sudatoria Methodus in Febribus intermittentibus bona debito ſuo tempore eſt, intempeſtivo autem noxia. *Tom. XI. pag.* 57. *Sudoris infidi*, qui pluribus de cauſis *criticus* videri poterat. Exemplum letale. *pag.* 123.

Sudoris cum *boni*, tum *critici*, ſigna *Hippocrates* textibus quinque exacte deſcripſit, & totidem ægrorum ſuorum exemplis ſtatuminavit. *Tom. XIII. pag.* 59. Quæ porro ex hiſce *Boerhaavius* concluſit, explicant confirmantque eadem. *pag.*

63. Qua ratione hæc omnia in Noſocomio practico obſerventur, oſtenditur. *pag.* 65.

Refelluntur tam ii, qui *omnes*, quam hi qui *nullos*, laudant Acutorum *ſudores*, utrique per *Hippocratem.* *Freindium*, exempla Criticorum ſudorum negantem, egregius *Hallerus* refutavit: *Bordeum* omnes ſudores condemnatos ab *Hippocrate* eſſe clamantem, erroris arguunt univerſa a Capite ad Calcem Opera Senis. *pag.* 66.

Cur in Peſte *Sudores* cum ſpontanei, tam coacti, paſſim funeſti? Sudatoria methodus *Sydenhami*, ab illa cæterorum quam plurimum differens, cur ſalutaris? cur in hac *ſudor* non modo non minuat, ſed augeat, reſtituatque vires? *Tom. XIV. pag.* 344. *&* 402.

Sudorum provocandi methodum haud in Peſte duntaxat, ſed in omnibus Febribus acutis, ut tota Medicina, ita quoque Noſocomii practici experientia damnat; inſuper *Academia Regia Suecica* Miliarium geneſin eidem adſcribit. *ibid. pag.* 408. *&c.*

Sulphur an ſpecificum antifebrile? *Tom. XII. pag.* 262. An tuto ejus fumo exponuntur ſubmerſi? *Tom. XIII. pag.* 248.

Suppoſitoria ſeu Glandes, ad ſolvendam alvum ſummo in uſu *Hippocrati* fuere, etiam in Acutis. *Tom. XII. pag.* 191. An ore rejici in Ileo poſſint? *Tom. II. pag.* 93. *&* 94. *Tom. XI. pag.* 367. *&c.*

Suſpenſi utrum Apoplectici, an Peripneumonici, moriantur, experimentis multis examinatum fuit, conſtititque pleroſque mori Peripneumonicos. *Tom. XIV. Cap. de Submerſis. Tom. I. Rat. Med. Contin. Part. II. Tom. XV. Cap. II. Sect.* 2

Hinc

Hinc iisdem auxilia, quæ Submerſis, eademque maturitate, adhibenda. *ibid.* Multiplex ſuſpenſorum Anatome. In laqueo pereunt, etſi pedum digitis, imo genibus tangant, quia mori volunt. Nullo experimento, quotiescumque iterato, nobis adhuc conſtitit vertebras colli aut frangi, aut dislocari. Perinde eſt ut moriantur, ſtringatne laqueus infra Cartilagines capitis Tracheæ, an ſupra easdem, an illas medias. Linguæ exſertionis in illis incerta regula. *ibid.* Aquam ſpumoſam plures in pulmone gerunt, ac ſi fuiſſent ſubmerſi. An his, quos ſuſpenſos merſimus, aqua in illos mortuos in pulmonem intravit, an vero aquam in pulmone geſſerint vivi? *ibid.* Maxime *Tom. XV. Cap. II. Sect.* 2. Varia ſuſpenſionis phænomena, quibus maturius tardiusve occidit. *Tom. I. Rat. Med. cont. Part.* 2. Ingentes ſæpe habent interno in corpore veluti Inflammationes variarum partium. *ibid.* maxime. *Tom. XV. Cap. II. Bartholinus*, aliique, ſpuma plenos invenere ſuſpenſorum pulmones. *ibid.*

Sydenham (Thomas) Angliæ, Orbisque univerſi, Medicinæ Sydus & Ornamentum, Lectos ægrorum, ac præſertim acute decumbentium, mutare ſæpe ſolebat. *Tom. I. pag.* 53. Ejus tota Methodus præſtantiſſima eſt. *pag.* 70. Laudatur in cura Choleræ morbi. *Tom. II. pag.* 7.

Laudandus maxime fuit in vera Morborum malignitate determinanda. *Tom. III. pag.* 3. In Emetica propenſior in morbis acutis didicit, finiente Epidemia in qua profuerant, ea pernicioſa eſſe. *pag.* 14. Pleuritides deſcribit, quæ Venæ ſectionem reſpuerent. *pag.* 20. Optime feliciſſimeque Venam tutudit in ſimulata febrium debilitate. *ibid. pag.* 30. Oleum Vitrioli ſumme laudavit in morbis vere malignis, putridisque. *pag.* 69.

 Obſtru-

Obſtructiones *Sydenhamus*, & Scorbutum, a Cort. Peruviano naſci arbitrabatur. Opinio hæc examinatur, & multa practica opponuntur ipſi. Quodſi ſemel iterumque obſervatum quid ſimile eſſet, neutiquam hoc ejusdem præſcriberet uſum. *Tom. VII. a pag.* 53. *ad* 59. Damnavit Bezoardica & omne Regimen calidum in Acutis. *Tom. VII. pag.* 228. Laudatur ab Ill. *van Swieten*, quod primus ſe contra torrentem calidæ methodi oppoſuerit. *Tom. VIII. pag.* 18. In peſtilentiali febre eruptiones Bubonum, Anthracum, Petechiarumque, feliciter prævenit. *pag.* 116. Docuit Aphthas eſſe præveniendas in Acutis. *pag.* 115. Occaſione ægrorum in Noſocomio repetitur ejus ſententia de Venæ ſectione, ut ſummo Cardiaco, in ſuppreſſo, ſummamque debilitatem mentiente pulſu; deque & Acutorum, & Exanthematicorum levamine, ac feliciore & breviore cura, per quotidianas Lecti refectiones. Laudatur ejus ſententia, ab experientia nata, quod ægrorum jugis in Lectis mora & detentio, eadem ſit, cum cardiacorum intempeſtiva exhibitione. Unde etiam dum Lecto eximi aut ultra non poſſent, aut nollent, ſaltem eos ex amplioris Lecti altera in alteram partem ſæpe locari curabat. *pag.* 149. Peſſima Variolarum ſymptomata ſedavit feliciſſime per liberiorem auram, lectique mutationem. *pag.* 152. Confirmavit Phreniticorum exemplo, qui domo profugi in plateam excurrentes, curabantur ab aëre libero. *ibid.* Et exemplo juvenis jam mortui a Variolis habiti, quem apertus liberque aër in vitam reduxit. Imo maculas purpureas ſic depulſas cum bonis ægri rebus vidit. Urinarumque ſuppreſſionem ſic ſolvit. Variolarum malignitatem temperavit, Lecto non niſi ad noctem conceſſo. *pag.* 153. Miliaria ac Petechias obſervavit continuo lecto gigni. *pag.* 155.

Boerhaavii

haavii teſtimonium de *Sydenhami* in variolis curandis methodo. *pag.* 157. Laudes *Sydenhamo* datæ ab *Hallero*, *van Swieten*, *Boerhaavio*. *ibid.* Febres hemitritæas, ipſasque ardentes, dum *Hippocraticæ* Methodo non cederent, cortice feliciter curari oſtendit. *Tom. IX. pag.* 239.

Paregorica dedit poſt ſingulas fere evacuationes alvinas arte excitatas, ad pacandos nervorum, humorumque tumultus. *Tom. X. pag.* 58.

Hippocrates, *Sydenhamus*, *Boerhaavius*. in Acutorum cura tutiſſimi duces. *Tom. X. toto cap.* 5.

Sydenhamiana methodus ducendi varioloſos in balneum, confirmatur nonnullis Germanorum, Hungarorum, ac Ruſſorum experimentis. *Tom. X. pag.* 315.

In intermittentibus puerorum febribus tumorem duritiemque Lienaris regionis laudabat, in iis vero Adultorum tumorem crurum. *Tom. XI. pag.* 7.

In morbo, qui Aſcitis credebatur, nonniſi excreſcentias carnoſas, aëremque, repertum fuiſſe, notavit. *Tom. XI. pag.* 296.

Sydenhamus Peſtem *Londinenſem* per omnem ejus decurſum deſcripſit; videtur tamen potior deſcriptionis pars minus in Peſtis initio, quam in eadem jam deferveſcente exarata eſſe. *Tom. XIII. pag.* 286.

Peſtem curandi duplicem expertus Methodum eſt, inflammatoriam, & peculiari prorſum modo ſudatoriam; quare autem hanc illi propoſuerit, explicavit. *ibid. pag.* 339.

Quantum hic *Sydenhami* teſtimonium valeat, oſtenditur. *pag.* 343. Explicatur Methodus ejus hidrotica. *pag.* 344.

Cur fatalis hidrotica Methodus cæterorum in Peſte, ea vero *Sydenhami* ſalutaris, pluribus argumentis evincitur. *pag.* 350.

Sylvius (de le Boe) calidorum Medicamentorum in Acutis Patronus medio XVII. ſæculo floruit *Lugduni Batavorum. Tom. VIII. pag.* 117. Merito ab ill. *Hallero* corripitur. *ibid.* 160. *pag.*

Syſtematum incertitudo. *Tom. II. pag.* 137. *ad* 145. *Syſtematum* in Medicina damna. *Tom. IX. pag.* 201. *Tom. XII. toto cap. IV.*

Liber Baro Gerardus van Swieten *Hippocraticam* Doctrinam in hac Univerſitate ab Autore doceri, ac demonſtrari voluit. *Tom. I. pag.* 13. Horrende affectam Pleuram poſt emeticum puellæ ſeptenni datum vidit, dum hujus Anatomen Autor fecit. *pag.* 26. Cum Rev. Abbate *Maſſi* inſtrumentum ad Clyſma fumi Tabaci excogitavit. *pag.* 151. Laudatur ejus Commentarius in Caput de Vulneribus *Boerhaavii. Tom. II. pag.* 32. Febris *topicæ* meminit. *ibid. pag.* 47. Teſtis cum Autore fuit Pleuritidis tertianæ, & tamen vehementer ſuppuratoriæ. *pag.* 110. Laudatur in explicatione Introſuſceptionis Inteſtinorum. *pag.* 146. Commendavit Autori *Uvæ urſi* in Calculoſis uſum. *pag.* 192.

Laudatur in quæſtione de dandis principio Acutorum Emeticis. *Tom. III. pag.* 16 & 24. Conſilio *Ill. van Swieten* maligna febris cum Dyſenteria, & vomitu, curabatur emolliendo, involvendo, ſopiendo. *ibid. p.* 92. In Cancro Corticem peruvianum commendavit. *ibid. pag.* 194. Tempore Menſtruorum & Lochiorum venam laudabiliter ſecuit. *Tom. IV. pag.* 206. Curavit cum Autore Epilepſiam per Emetica. *Tom. V. pag.* 118. Veros Dæmoniacos dari aſſeruit. *Tom. V. pag.* 137. In quodam gravi morbo, Conſilio Medicorum ac Chirurgorum in Noſocomio practico præfuit.

Tom.

Tom. VI. pag. 127. A Cort. peruviano Scorbutum naſci cum *Sydenhamo* ac *Boerhaavio* ratus, opinionem hanc plurimum mitigavit. *Tom. VII. pag.* 54. Laudatur in Prognoſi de Inteſtinorum vulneribus. *ibid. pag.* 199. Bezoardica & Regimen Calidum in Acutis damnavit. *ibid. pag.* 228.

Damnavit *Ill. van Swieten* ſudores cum in initio Acutorum, tum in iisdem aut perpetuos, aut frequentes. *Tom. VIII. pag.* 17.

De Aphthis quod ſcripſit, nihil facit ad Miliarium naturam criticam arguendam; quia totam ſuam opinionem tantummodo ut Problema propoſuit. *Tom. VIII. pag.* 111. Definitio ejus, ut & ea *Boerhaavii*, de Paraphrenitide ex optimis & probatiſſimis ſignis pathognomicis conflata, nonnunquam fallit. *Tom. IX. pag.* 66.

Mollem pulſum cum *Boerhaavio* notat non in Peripneumoniæ principio, ſed in eadem jam ſumme periculoſa, adeſſe. *Tom. IX. pag.* 84. Tetani obſervata quædam habet. *Tom. X. pag.* 134. Eaque occaſione obſervata ejus de urina arenoſa in ſumma familia. *Tom. X. pag.* 172. Cum claro Medico *Erndl* curavit a Tetano Autorem. *pag.* 192. Cum expertiſſimo Medico *Schreibers* in Pleuroperipneumonia curavit eundem. *ibid.* 297. De cura Hæmoptöes per frigida egit. *ibid. pag.* 309. Morientem pleuriticum vidit, cui morbi 13. die morbus in extremis pedibus reſediſſet; ſervatum autem alium pleuriticum, cui die 4. morbus totus circa pedis utriusque pollicem ſæviiſſet. Quorum exemplorum primum cum *Hippocratis* convenit obſervatione, alterum inter naturæ monſtra eſt, niſi forte, vel a retropulſa podagra Pleuritis nata fuiſſet, vel evacuatio per urinas ſeu in lectum miſſas, ſeu non ſervatas, ſeu ante Medici adventum projectas, vel tandem aliqua alia via, facta fuiſſet. *Tom. IX. pag.* 26.

In media mercuriali ſalivatione perſeverantem Quartanam vidit, quæ Cort. peruv. abigenda fuit. *pag.* 77. Laudat in Pleuritide, cum *Trillero*, Metaſtaſin die 6. *pag.* 93. Tæniam pluribus exemplis negat eſſe ſolitariam. *ibid. pag.* 290.

T.

Tabaci fumus in morbo Ileo, in Hernia, &c. ſummi uſus, licet ſæpe fallat. Duos deſperatos a morte eripuit. *Tom. I. pag.* 151. Curavit alium ab eodem periculo. *Tom. IX. pag.* 206. In duobus ægris inutile remedium. An fumus non penetrat ſe per *Bauhinianam* Valvulam? an juvat modo illos, quibus Colon in Hernia eſt, haud vero quibus Ileum? in mercatoris cadavere, pluries injectus fruſtra, nulla dedit nobis ſigna ſuæ per valvulam penetrationis. *Tom. II. p.* 97.

Tackenius (Otto) laudatur in cura ſui morbi, ab Arſenico nati. *Tom. IX. pag.* 253.

Targionius Tozzetti laudatur a demonſtratione morborum, quos factitii Thoraces arctiores generant. *Tom. XI. pag.* 305. In Cyſtico tumore & abeſſe & adeſſe fluctuationem obſervavit. *ibid pag.* 309.

Tænia vide *Vermis.*

Tetanus Maxillæ, Emproſtotonos quoque, Febris acuta, & Mors, a plaga in Tibia Lapide infernali tacta, ejusdemque applicatione inconſideranter repetita. *Tom. VI. cap.* 4. *Probl.* 8.

Tetani Diagnoſin, Prognoſin, & Curam, longo ſermone tradidit *Hippocrates*. *Tom. VI. pag.* 147. Tetanus maxillæ letalis, isque biduo a morte feminæ

minæ, fere triduo a morte Viri, æque fortis, quam in morbo. *ibid. pag.* 158.

Fimus equinus, *Paræi* conſilio dat optimum Cataplaſma in maxillæ Tetano. Profuerat olim homini in Noſocomio, huic vero nihil. *pag.* 156.

Tetanus, ſeu *ſpaſmus Pylori*, a morte poſt 24. horas ſuperſtes, ut calamum ſcriptorium non admitteret, poſt 48. horas a morte ſolutus, ut digitum admitteret. *Tom. VI. pag.* 272.

Tetanus ſeu *contractio Annuli abdominis* in Hernioſo, ad 30. a morte horam ſoluta. *Tom. IX. pag.* 207.

Tetanus univerſi corporis a morte primo perſeverans, intra 50. horas multum relaxatus, interea dum Maxillæ Tetanus perſeverabat. *Tom. X. pag.* 123. Autores qui de Tetano ſcripſere ab ipſo *Hippocrate*, in noſtros usque dies. *Tom. X. pag.* 123.

Tetani diviſio in Tetanum Emproſtotonon, Opiſtotonon, & Pleurotonon. Eſt convulſio tonica. *Tom. X pag.* 135.

Tetani omniumque ejus ſpecierum cauſæ. *ibid. pag.* 136. Ejus varia in variis ſymptomata, *pag.* 136. *Prognoſis pag.* 142. Tetani curæ XVI. numerantur *a pag.* 146. *ad* 178. Occaſione hujus *tetanoidei hominis* longa diſſertatio habetur de Urina Gonoidea *Hippocratis*, & de aliorum Acutorum urina arenoſa. *Hippocrates* hic per *Hippocratem* explicatur. *ibid. a pag.* 164. *ad* 178.

Tetanus ab Angina, & ſeptem alia *Tetani varii* exempla. *ibid. a pag.* 157. *ad* 194. Quinam *Tetanum periodicum*, imo annoſum viderunt? *pag.* 141. Bis *Tetanum* paſſus in vita ſua Autor, quomodo inde evaſit. *pag.* 182. *&* 192.

Theſſalus, *Hippocratis* filius, una cum fratre *Draconte* & Affini *Polybio*, conſervavit plura

præcepta *Hippocratis* poſteritati, ex inclyti Patris Pugillaribus collecta. *Tom. I. pag.* 74.

Thuanus (du Thou) celeberrimus rerum Gallicarum Hiſtoriographus, laudatur in famoſæ *Marthæ Broſſeriæ*, fictæ Dæmoniacæ, hiſtoria. *Tom. XV. Cap. IV.*

Torti febres Hemitritæas, ipſasque ardentes, dum ſolitæ Methodo non cedentes Malignitatem ſpirarent, Cortice Peruviano feliciter curari oſtendit. *Tom. IX. pag.* 239.

Tournefort negavit Venuſtatis conſervationem in *Georgicis* feminis ab Inoculatione, adeo laudatam quibusdam Itineratoribus. *Tom. II. pag.* 63. Olei Lini uſu copioſo putavit *Armenios* endemicam alias Pleuritidem averruncare. *Tom. XI. pag.* 193.

Tralles, e præcipuis Orbis univerſi Medicis, obſervavit a Methodo medendi, ex prava in ſalutarem mutata, iis in locis deſiderari Miliaria, in quibus olim familiariſſima erant. *Tom. X. pag.* 199. Laudatur ejus *de Terreis remediis* tractatus, in quo & a Miliaribus generandis cavendum eſſe monet, & eadem jam genita unquam eſſe critica negat. *Ibid. pag.* 201. Laudatur idem Viri illuſtris Opus ad ſedem Petechiarum definiendam, & ad Medicinam pulverulentam e Medicina proſcribendam. *ibid. pag.* 251.

Trallianus (Alexander) in debilitate ſimulata febrium Venæ ſectionem inſtituit. *Tom. III. pag.* 28.

Trew in Aneuryſmatis ſpurii curatione egregia monita & experimenta tradidit. *Tom. IV. cap.* 2.

Trillerus, inter hodiernæ Medicinæ principes viros inclytus, de Pleuritide conſcripſit tractatum, quo carere nemo Medicus poteſt. In eodem determinat quandonam ſedis Pleuritici doloris mutatio bona eſt. *Tom. XI. pag.* 93. Elegantem & per omnia completam editionem *Hippocratis* nobis parat, ac fere abſolvit. *Tom. XIV. pag.* 247. *in margine.*

Tuba Fallopiana Cyſtici tumoris ſedes, pondere Librarum XXX. eſt, & puris in illa XVIII. Libræ. *Vid. Anat. XLVIII.* In alia femina *Tuba* ponderis Librarum. XXX. & Liquoris in eadem contenti erant Libræ CL. *Tom. VI. pag.* 42. Continuit in ſe fætum XXI. menſium, quem per umbilicum exemit *Cyprianus. ibid.* etiam Tuba utraque in eadem femina enormem facere tumorem deprehenditur. *ibid. pag.* 45. Tuba horrende cyſtica univerſum explevit Abdomen. *Tom. VII. pag.* 116.

Tulpius, Conſul *Amſtelodamus*, Veſicam urinariam contractam ſic circum Calculum invenit, ut vix uncia urinæ locari in ea poſſet. *Tom. I. pag.* 137. De valvula coli inteſtini *Tulpiana* vocata. *Tom. II. pag.* 82. Erronea ejus ſententia de Polypo Bronchiorum. *ibid. pag.* 128. In femina, quam gemellos parituram credebant Obſtetrices, invenit duo ingentia ſteatomata in Meſenterio. *Tom. IV. pag.* 97. Uſtionem in Coxario morbo laudavit ad ipſum Os usque. *ibid. pag.* 151. Fluentibus aut Menſibus, aut Lochiis, audacter Venæ ſectionis indicationes explevit. *ibid.*

206. Cauſa erroris inſignis cujusdam Medici ceterum Viri præſtantis, ex Pulſu Peſtem adeſſe teſtantis. *Tom. XII. pag.* 28.

Tumores lenti in Auſtria frequentes, numeroſiores paucioresve, in collo, univerſum collum aliquando circumdantes, Abdomen, Thoracem, ipſosque invadentes aliquoties Artus; interni, externi; varii omnino mole, duritie & contentis; ſic ut pene ſinguli ſingulam in ſe contineant materiem. Notabile horum omnium exemplum. *Tom. II. pag.* 177. *&c.* Tumor mirus Colli. Genus peculiare tumoris ad maxillam pertinaciſſimi, ac difficulter definiendi. *ibid. pag.* 185.

Tumor horum cura diuturna plerumque eſt, ſæpe difficilis, nec raro impoſſibilis. 1mo. Duce natura in quibusdam ſuppurationem monſtrante, ſuppurationem Ars promovere fruſtra ſategit, cum inter multos pauci eſſent, qui ſuppurabilem materiem gererent. Unde & Natura, & Ars eos ſolummodo curant, qui ſuppurando apti ſunt, intactos reliquos relinquentes; vel etiam pejores ſuppurationis molimine reddentes. 2do. *Galeni* methodus tuba applicandi aceti vapores, per ſex integros menſes quotidie in deſperato caſu admota, una cum ſolventibus internis, vix quidquam prodeſſe viſa eſt, neque etiam 3tio juverunt ſpongiæ vaſe clauſo uſtæ Libræ XVI. ſpatio dimidii anni aſſumtæ, cum diligenti adplicatione externa varii Fomenti, Emplaſtri, Unguenti, Frictionisque. 4to. Granum dimidium Mercurii ſublimati corroſivi, cum ſpiritus frumenti uncia, quotidie per alterum ſemiannum ſumtum, interea dum ſingulo quarto die Purgans hydragogum interpolaretur, nihil omnino profuit. 5to Tandem *Styrorum & Carinthorum* remedio menſe quinto demum malum de-

deviĉtum fuit. Succeſſus hujus remedii & in altero. Utriſque tamen malum, Diatheſi manente, rediit, ubi a remedio ceſſatum aliquantisper fuit. *Tom. II. a pag.* 186. *ad* 191.

Tumor cum dolore in morbis acutis ad extremos manuum, pedumque digitos, Criſin ſimulans, cur *Hippocrati*, cunĉtisque Praĉticis, ſuſpeĉtus eſt? *Tom. XI. pag.* 25.

Tumores duri invicem veluti catenatim nexi, loco inſtabiles, & ſæpe ab ægra indicati nobis, & a nobis ſæpe percepti, cur inventi in Cadavere non fuere? *Tom. XI. pag.* 246. *ad* 271

Tumor ventris, *Aſcites adeſſe creditus*; in cadavere autem excretiones carnoſæ inventæ ſunt, & Tympania. *ibid. pag.* 296.

Tumor Aſcites creditus, novimeſtri fætu prodeunte curatus. *ibid. pag.* 247.

Tumor Hydropicus habitus: in Cadavere autem deprehenditur XXXV. librarum tumor ventris a Rene natus fuiſſe. *Ibid. pag.* 310.

Tumor ventris, ab aqua inter Peritonæum & Abdominales Muſculos natus, *Hydrops Peritonæalis* diĉtus. Signa novem, quorum auxilio hæc ſpecies Hydropis ab alia quacumque interſtingui poſſet, in Medicorum ſcriptis numerantur; aſt hæc ipſa ſæpe fallere oſtenditur. *ibid. pag.* 198.

Tumor ventris diſtentiſſimi 1*mo*. a ſolo Ovario. 2*do* a ſola Tuba Fallopiana. 3*tio* ab Utero. 4*to*. ab Hydatidibus *pag.* 306. 5*to*. a Liene. 6*to*. ab Omento. 7*mo*. ab Utero hydropico ſcirrhoſove. 8*vo*. ab ingenti informique maſſa ex utero exorta. *ibid.* 9*no*. a Ventriculo maximam Abdominis replente partem; ut exemplo ſextuplo patuit. *pag.* 313. 10*mo*. a Veſica urinaria, uteri novem menſibus gravidi in modum ventrem explente univerſum. *pag.* 314. Cum hiſce tumoribus verus Aſcites aliquando jungatur, eſt 11*ma* ſpecies

ibid.

ibid. 12*mo* ab aëre in cavis inteſtinis ſolis, quando ſimplex Tympania eſt, vel ab aëre in Inteſtinis, & in Ventre quoque, ut ſit Tympanitis duplex; quæ ultima tamen ſpecies rarior eſt. *pag.* 317.

Tumor Carpi mirabilis cum originis, tum prognoſeos, in Colica Pictonum. *Tom. III. pag.* 113.

Turcæ, ſive *Thracii, Tracesve*, eo negligentiores in Peſte præcavenda curandaque, quo nos ſollicitiores, in libera urbe *unam* Peſte Affectorum *tertiam* amiſerant: Chriſtiani vero in bene conſtructo ibidem adminiſtratoque Noſocomio, *duas tertias. Tom. XIV. a pag.* 313. *ad* 317.

Turca plerisque incommodis & miſeriis in Peſte vacat, quibus vexari plebs Chriſtiana ſolet. *ibid.* 406. Opii uſu familiari debuiſſent minus peſte laborare, ſi Opium, & opiatæ confectiones, ejus antidoti forent. *ibid. pag.* 404.

Tuſſis a Vulnere, aliisque affectionibus, Inteſtinorum, Meſenterii, Ventriculi, Uteri, Scalptu aurium &c. *Tom. VII. pag.* 202. *Tuſſis* ab omnibus dictis, ac præterea a Vermibus Inteſtinorum, & Ventriculi. *Tom. XIV. pag.* 156. Tuſſis convulſiva perfectam mortem mentita, per artem curata. *Tom. XIII. pag.* 272.

Tympanitis vel Tympania, varie definitur a numeroſis Autoribus, qui recenſentur. Sedes raro ventris cavum eſt, frequentiſſime Inteſtinum expanſum. Raro ejus materies humor eſt, paſſim Aër. *Duretus* optime definivit. *Tom. II. toto Cap.* 5. Rari tamen caſus exiſtunt Aquæ Aërisque una in cavo Ventre, aut Cyſtide tumente, reperti. Vide *Anat. XXXVII.* Anatome monſtroſæ *Tympanitidis*, & Valvulæ *Tulpianæ* conditio talis, ut fæces, clysmata, ſuppoſitoria,

ex

ex Colo in Inteſtina tenuia tranſire, ac demum vomitu expelli debuerint. Vid. *Anat. XII. Tympania* ex Ictero nata. *Tom. IV. pag.* 59. Noſcitur ſæpe *Tympanitis* adſpectu tumoris inæqualiter protuberantis. *ibid. pag.* 60. Pathologica explicatio originis morbi. *ibid.* Anatome *Tympanitici* qua patuit in Inteſtinis, haud vero in cavo ventre, morbi hærere materiem, eamque non aquam, ſed aëra eſſe. Sedes morbi hic non, ut in Anatome XII. in omnibus inteſtinis fuit, ſed in Colo duntaxat monſtruoſiſſimo; ac præternaturaliter ſic locato, ut tenuium Inteſtinorum ſingulorum, & viſcerum abdominalium, functiones impediret. *pag.* 62.

De Situ, formaque Coli variis in cadaveribus varia ac ſtupenda. Anatome conſtat amplificari, elongari, ac loco moveri Colon per morbos poſſe; uti & Ureteres: hac Occaſione *Tympanitidis* diſcuſſio fit. *ibid. pag.* 64.

Tympanitis in Vita credita, a morte nulla. Quid hic maxime impoſuit? *Tom. VI. a pag.* 77. *ad* 83.

Tympania vehemens in Inteſtinorum quadam parte, eorundemque in alia parte conſtrictio, & arctitas, in Colica Pictonum; cum ventre a Muſculorum abdominalium Tetano introtracto, cumque Diaphragmate in ſublime ſic elato, ut quas anxietates enormes ſuſtinuiſſet æger, hæ clare intelligerentur. *Tom. X. a pag.* 33. ad 50. *Tympania ingens* primo Ventriculi, deinde Inteſtinorum, quomodo & genita, & aucta mulieri fuerit, Herniamque Entero-meſocolicam genuerit. *Tom. XI. a pag.* 165. *ad* 174. *Tympaniæ periodicæ* explicatio difficilis. *Tom. XI. pag.* 170. *&c. Tympaniam* curabilem eſſe, duo exempla docent. Vid. *Anat. XCI. XCII.*

Tympanias varia, eaque dubia ſæpe, Signa, Exempla. *Tom. XI. pag,* 317. 320. 338.

Ubi

Ubi in Vita monſtrare *Tympanitidem* reſonantia viſa fuerat, brevi poſt Cadaver putridæ lymphæ aſcitem eſſe monſtravit. *idid. pag.* 322.

Tyſſot inter principes noſtræ ætatis Medicos collocandus, accurate notavit mutabilem Acutorum morborum genium. *Tom. III. pag.* 19. Commendantur ejus Diagnoſes & Curationes Colicæ Pictonum. *ibid. pag.* 76. & 87.

V.

Valcarenchi *tractatus de Febribus* laudatur. *Tom. IX. pag.* 100. Miliaria *Critica* eſſe negavit. *ibid.*

Valerianæ Sylveſtris laus in Epilepſia. *Tom. V. pag.* 121.

Valeſcus di Taranta in *Tetani* pertractatione quædam utilia habet. *Tom. X. Cap. de Tetano.*

Variolæ inflammatoriam per omnia poſcunt curandi methodum. An emetica? Negatur. Enemata frequentia, & extremorum Balnea frequentiſſima, Pedumque Epiſpaſtica. Seſſio ex Lecto plurium diei horarum. Quotidiana Lecti mutatio. Remedia diluentia, emollientia, blande ſolventia, ac refrigerantia. Quotidianus Paregoricorum uſus. Oculorum indeſinens fotus. Eruptione autem votis non reſpondente, ſi id a vera debilitate, quod perraro, Cardiaca, eaque potiſſimum Vinoſa conducunt: ſi vel a debilitate ſimulata, quod frequentiſſime; vel a nimio impetu vitæ, papulæ non prodeunt, Venæ ſectiones promovent illas, atque Veſicantia poſtmodum. *Tom. II. pag.* 48. &c. & *Tom. X. pag.* 246.

Sali-

Salivatio in *Variolis* quibusnam fiat, & qua de cauſa? Non in ſolis, neque in omnibus confluentibus, fit. *Tom. II. pag.* 54.

Quid agendum *Variolis* malignitatem, retroceſſumque ſpirantibus? *Tom. II. pag.* 55.

In *Variolis* maturis perſciſſio frequens, quid boni præſtet, quid mali averruncet, quibusnam laudata Scriptoribus? Nunquam negligenda videtur. *a pag.* 55. *ad* 61.

Quantum boni ſiccis jam puſtulis cum Venæ ſectio afferat, tum Purgantis repetitio? *pag.* 56.

Differentia inter Variolas & Furunculos. *pag.* 57.

In *Variolis* conſervanda venuſtas. An Inoculatio conſervatrix Venuſtatis? Ex *Georgicarum feminarum* vultu hoc negat *Tournefortius. ibid. pag.* 69. Emendata Mercurio ſublimato Cacochymia, *Variolæ* Puellæ ſupervenientes letales. *pag.* 102. *Ptyalismus* eum habuit, quem Mercurius facit, fætorem. *ibid.*

Variolæ una cum Scarlatina, cum Miliaribus, & cum Petechiis, cum Sanguine ad finem vitæ uſque inflammatoriæ Spiſſitudinis. *ibid. pag.* 104.

Variolæ & morbilli eundem hominem eodem tempore affligere nonnunquam deprehenduntur. *pag.* 115.

Variolæ & Morbilli una graſſantur aliquando, ac promiſcue invadunt in eadem familia hi hos, illæ illos: ut videatur eſſe febris contagii, ſeu febris contagioſa eadem, in aliis Variolas generans, in aliis Morbillos. *pag.* 117.

Variolæ cum purpureis maculis, non ſemper funeſtæ. *ibid. pag.* 120.

Variolæ nonnunquam a morte extant egregie. *Tom. X. pag.* 246.

Variolæ ſecundæ naturales, poſt naturales primas. *Vide mox infra.*

Variolæ inoculatæ, primo non præſervant ſemper a morbi invaſione altera. Secundo ſunt aliquando letales. Tertio etiam mutilant quoſdam. Quod a ſecundis Variolis non præſervant, oſtenditur notiſſima *Florentina* hiſtoria. *Tom. IX. pag.* 260. hac occaſione nonnullos corrigit Autor errores, quos in Reſp. ad inclytum *Tralleſium* commiſerat. *ibid.* Oſtenditur 2*do* celebri hiſtoria *Conſtantinopolitana* eaque certiſſimis argumentis probata. *ibid. pag.* 273. Oſtenditur 3*tio* exemplo *Hagano. Tom. X. pag.* 319. Tandem *ſex* recentioribus exemplis confirmatur. Nec mirabilius hoc, quam quod, poſt Variolas naturales, ſequantur aliquando naturales alteræ. Exemplum primum notabiliſſimum. *Tom. IX. pag.* 266. *& in Appendice.* Exemplum 2. 3. & 4. *pag.* 269. *ibid.* Hanc Obſervationem vulgarem eſſe, aliis ſuis Opuſculis de hac materie adverſus *Tralleſium*, *Tyſſotum*, ac *Condaminium* editis, & propria, & aliorum experientia, oſtenderat Autor.

Variolæ hæ ſecundæ, ſive naturales priores, ſive artificiales fuerint, aut leviores prioribus fuerunt, aut graviores, imo letales. *Tom. IX. pag.* 266. *& in Append.* & terna hiſtoria trium puerorum *pag.* 269. & iterum alia. *pag.* 319. & *Timoni* Inoculatorum principis filiæ. *pag.* 273.

Quod 2*do* Variolæ inoculatæ plures interimant, oſtenditur primo exemplo Comitis *de Salms*. Attero *Lipſienſi. pag.* 281. 282. Tertio *Hagano. pag.* 285. 4*to Roterodamenſi. Tom. X. pag.* 312. Tandem *ſex* novis exemplis. *Tom. XII. a pag.* 278. *ad* 283.

Quod 3*tio* Morbi graves, mutilationesque, *Variolas inoculatas* excipiant, tribus exemplis demonſtratur; pluribusque ex ipſis Inoculationis Patronorum Libris petitis. *Tom. XII. a pag.* 283. *&c. Meadus* ipſe fatetur Furunculos ab inſitis, quam

quam a naturalibus, frequentiores eſſe. *Tom. II. pag.* 20. Difficultates, quæ ex his omnibus adverſus Inoculationem ſuboriuntur. Quid in hiſce aut liceat, aut non liceat, Principi? Examen quæſtionis & abſtractæ a Chriſtianiſmo; & ad Chriſtianismi regulas relatæ. *Tom. IX. pag.* 285. *&c.*

Laudatur *Tralleſius*, quod in propagatum ab Inoculatione contagium anxie inquiſiverit. Eo nihil certius eſſe ex omnibus, etiam Inoculatorum, obſervatis, demonſtratum eſt. *Tom. IX. pag.* 288. & *Tom. XII. pag.* 285. *&* 291.

Si inoculatores ſua principia ſequantur, paucos admodum inoculabunt, quia ingentem vim hominum eorundem principia excludunt. *Tom. IX. pag.* 294. De mortuis ſuis *paucis* non oportet eos gloriari, quia inoculandos ſuos ex iis ſeligunt, quos naturali contagio affectos bona Methodus curaſſet. Hacque ipſa de cauſa inoculatio fit populatrix, cum contagione eos afficit, qui ab inoculatione morituri videbantur. *Tom. XII. pag.* 287.

Privatis quibusque *Inoculatio* confert; plebi univerſæ nocet. *ibid.*

Inoculationis detrimentorum excuſationes, & expurgationes, etiam *Variolas naturales* ab omni expurgant infamia. *Tom. XII. pag.* 278. *&c.*

His, qui lubenter inoculationem repudiarent, modo methodus curandi Variolas naturales fortunatior haberetur, ſpes ejus obtinendæ affulget exemplis nonnullis quorundam *Germanorum*, *Hungarorum*, ac *Ruſſorum*, quæ *Sydenhami* doctrinam mirifice confirmant. *Tom. X. a pag.* 311. *ad* 317.

Unde quæritur merito, an tandem fortunatior Methodus ad plures a Variolis, quam hucuſque, in vitam ſanitatemque reſtituendos poſſideatur? Promittitur ejusmodi Methodus, ſi primum Autoritate publica, patrio cujusque Regionis ſermo-

ne, Directura adornaretur, a rerum apprime gnaris compoſita, brevisque eadem, ac dilucida, qua Variolarum ſingula ſtadia, ac ſemiotice, tum & vera methodus medendi, continerentur: ejusmodi Directura apud pauciores ſe initio ſua utilitate commendans, alliceret brevi univerſos. Conduceret quoque ea in vulgus ſpargi ſed ampliora, commodioraque, quæ Viri egregii *Raſt* & *Paulet*, de Contagio ſeu præveniendo, ſeu fugando, cum publico communicarunt.

Vaterus laudatur in cura Vulnerum Inteſtinorum Coli & Ilei. *Tom. VII. pag.* 176.

Vega (Chriſtophorus a) duos homines in vitam revocavit, quibus putei diu clauſi vapore ſuffocatis, ſpuma copioſa os fœdarat naresque. *Tom. XIII. pag.* 258.

Vegetabilium ultra 20000. nota mortalibus, quorum plurium nullam, multorum bonam, malamve vim, novimus, quid exigant a nobis, & quid nos erga DEUM, atque erga nosmet ipſos, doceant? *Tom. IV. pag.* 229. vid. *DEUS.*

Velſe, Archiater *Arauſiacus* præſtantiſſimus, Diſſertationem egregiam ſcripſit *de mutuo inteſtinorum ingreſſu*, ſeu *Introſuſceptione. Tom. II. pag.* 146. Cum Autore Cyſticum ovarii hydropem, & Ventris mirificas Hydatidas, in feminæ cadavere invenit. *Tom. IV. pag.* 98.

Venæ Sectio convenit in febre contagioſa Variolarum ac Morbillorum, &c. In Variolarum ſtadio inflammatorio, ſuppuratorio, exſiccatorio, imo poſt easdem exſiccatas. *Tom. II. cap.* 3. In febre acuta, cum debilitate ſimulata, Venam ſecuere *Hippocrates*, *Galenus*, *Aretæus*, *Trallianus*,

Oribaſius, *Riolanus*, *Sydenhamus*, *&c.* *Tom. III. pag.* 26. *&c.* *Hippocrates* in morbo Coxario eam laudavit. *Tom. IV. pag.* 153. In omnibus Acutis ſit toto tempore cruditatis, inſtituendaque frequens ac copioſa eſt, donec vis vitæ per morbum effera, ad eam vim redacta fuerit, ut ad debitam coctionem ſufficiat. An cruditas ſic ad quartum diem terminatur, ut ſtadium inflammatorium jam in aliud prorſum commutetur? Exemplis oſtenditur Stadium vere inflammatorium duplo, quadruplo, ſextuplo, longius extendi. *Tom. IV. pag.* 202. Textuum cum *Hippocratis*, tum *Boerhaavii*, per alios eorundem textus explicatio, ad Cruditatis determinanda tempora. *Tom. IV. pag.* 203.

Venæ Sectio facienda ſæpe fluentibus Menſibus, Lochiis, &c. Argumenta in Meticuloſos in hoc caſu, per experientiam formata. *Tom. IV. pag.* 203.

Venæ Sectio in Peſte magna, repetitaque, neceſſaria. Vid. *Peſtis.*

Sanguis in *Venæ Sectione* quam varius. Vid. *Sanguis.*

Venena cur ab Optimo Deo creata fuerint, modeſte conjectatur. *Tom. IV. a pag.* 223. *ad* 231. Venenorum creatio plures ob cauſas neceſſaria fuit. Indigebat plantarum venenatarum exhalatione Athmoſphæra; & venena multa ſunt, quæ per ſe funeſta, ad certam quantitatem, & per certam præparationem, innoxia, imo ſalubria redduntur. Quid hæc a nobis exigant? *Tom. IV. pag.* 229. Emollientia, involventia, oleoſa, in malignitate, & *Venenis* incomparabile remedium. *Tom. III. a pag.* 84. *ad* 98.

Ventris tumor vid. *Hydropem. Cardialgiam Ileum. Colicam.*

Ventriculus Cardialgiæ protopathicæ ſedes, hunc morbum variis de cauſis contrahit ſibi; quæ hic recenſentur : quemadmodum & Cardialgiæ cauſæ deuteropathicæ. *Tom. VI. toto Cap. I.* Cardialgia protopathica multiplex, curata exemplo *Boerhaavii. ibid. pag.* 7.

Ventriculi morbi ſi a Scirrho, &c. naſcuntur, paſſim palliantur duntaxat. Scirrhi in illo, vel prope illum, exiſtentis ſigna. *ibid. pag.* 11. 12.

Ventriculus univerſum Abdomen explens, ad imam uſque pelvim. *Tom. VI. pag.* 13. & *Tom. XI. pag.* 311.

Ventriculus tantæ molis, ut inter Veſicam atque Rectum gravitans, Tenesmos ac Strangurias excitavit. *Tom. VI. pag.* 14.

Ventriculus continens longe ultra XC. Libras. *ibid. a pag.* 115. & *Tom. XI. pag.* 312.

Ventriculus variæ atque plane inſolitæ formæ fit, vel a viſceribus adjacentibus, mole auctioribus; vel a tumore enato ex Duodeno, Pyloro, Meſenterio, Omento, ipſaque Ventriculo adnata pinguetudine. *Tom. VI. pag.* 16. *&* 19. *Tom. IX. pag.* 12. *Tom. XIV. pag.* 57. 60. 61. *Tom. XV. cap.* 11. *Sect.* 2., pluribus exemplis, maxime ab Hepate.

Ventriculus longe ultra 20. Libras continens. *Tom. VI. pag.* 23. & *Tom. IX. pag.* 26.

Ventriculi in affectionibus frequens, & aliquando indomabilis Tuſſis. *Tom. VII. pag.* 202.

In ventriculi Inflammatione dira duo ſigna pathognomica defuerunt, Dolor, ac Vomitus. *Tom. VI. cap.* 6. In feminæ Ventriculi inflammatione ſeu Gaſtritide, a morte reperta, & Vomitus defuit,

&

& bonus adfuit ad mortem usque Appetitus. *Tom. IX. pag.* 26. *iterum pag.* 63.

Ventriculus tangens utrinque coſtarum arcus. *Tom. IX. pag.* 26. & 54.

Ventriculus Sanguinem vomit vel ex fabrica propria, vel ex Hepate. Gelida aqua cum alimentis ſaltem egelidis, cum Sanguinem per inferiora evacuantibus Enematibus, hunc Vomitum, citra Venæ ſectionem, integre curavit: ſublato ſimul antiqui ponderis ſenſu in Hepatis regione. *Tom. X. pag.* 300.

Ventriculus haud in ſingulo homine mox ſub Diaphragmate inchoat, verum uno aliquando, imo uno alteroque digito, inferius. An hi in Vomitum difficiliores? *Tom. XI. pag.* 238.

Ventriculi dira ingensque inflammatio, una cum plurium inteſtinorum, aliarumque interiorum partium inflammatione, citra ejusdem ſigna conſueta. Diſquiſitio pathologica hujus phænomeni. *Tom. XIV. a pag.* 11. *ad* 24.

Verbenæ, in pertinaci Cephalea Capiti admotæ, laudes. *Tom. VI. pag.* 292. *&c.*

Veritas nos ſola dirigat oportet, unusque ſit noſter ſcopus, dum de Novis in Medicina inventis ſermo increbreſcit, ne imprudenter rejiciamus quid, quod humanis prodeſſe calamitatibus poſſit; neve quid admittamus, quod iisdem aut inutile, aut noxium foret. *Tom. VI. a pag.* 314. *ad* 317.

Veritatis amor ſponte Medicos impellit, ut proprios fateantur errores, ne in quos ſcopulos impegerint, & impingant alii. Vide. *Errores.*

Aut ignavus eſt, aut *Epicuri* de grege porcus, aut ſuis commodis tantummodo, non reipublicæ natus, qui Arti, quam profitetur, tuendæ devictus, nihilo ſecius ſtudio famæ, commodi, emolumenti,

ti, vitæque tranquillæ, naturæ ſuffocat, Veri-que vocem. *Tom. IX. pag.* 274. *ad* 276. *& a* 300. *ad* 302.

Vermes teretes quinque ad longam circumvolverunt ſe introſuſcepti Inteſtini Ilei partem. *Tom. I. pag.* 131.

Eodem in Cane, eodemque tempore, Tæniæ, Lumbrici teretes, & Aſcarides. In alio *Vermes* teretes, & Tænia. *Tom. VIII. pag.* 256. De Vermibus quædam pathologica. *Tom. VIII. pag.* 265.

An prudens applicatio *Machinæ ad Ileum* (vide Ileum) ad *Vermes* expellendos, maxime ad difficilem expulſu Tæniam, non conduceret? *Tom. VIII. pag.* 268.

Canis alius injectam, per dictam mox Machinam, aquam in Rectum, evomuit cum Tæniæ portionibus. *Tom. IX. pag.* 220.

Canis ingens ſtrangulatus antequam injectam evomere aquam poſſet, Inteſtina plena habuit *Vermibus* teretibus, & Tænia multa. Tæniæ XII. in uno Faſciculo erant. Mira hic obſervata.

Ex uno Tæniæ articulo in alium Lac injectum vix penetravit; tenuiſſimus autem Stylus per canalem omnibus communem per plures tranſivit articulos. *Tom. IX. pag.* 231. Ut ſingulæ portiones, quæ *Vermes cucurbitini* vocantur, privatam vitam habere videntur, ſic quoque apparent communem vitam agere. *ibid.* Ergo tæniæ plures in uno corpore delent nomen Tæniæ, ut *Vermis ſolitarii ibid.*

Datur aliquando Lumbricus teres, *Solitarius* (niſi forte ſocios diu ante emiſerit) *Tom. XI. pag.* 290.

Tænia excreta in morbi acuti recidiva, una cum ſuo filo ac capite. *Tom. XII. pag.* 77. Sedulo enarrantur ea, quæ eousque data in morbo fuerant, ut, an in illis quid adverſum Tæniam

utile,

utile, contineretur, inquireremus. *ibid. ut & pag.* 225.

De Arcano *Helvetico* ad Tæniam. Clari viri innuerunt id hominem violentius agitare, quam ut ejusdem laudetur uſus. *ibid. pag.* 213.

Hiſtoria Juvenis Tænia laborantis quondam, deinde per XII. annos minime, tandem denuo miſerabiliter. An annis XII. latere Tænia poſſit, iterumque infeſtare hominem? An nova poſt hos annos nata novas ærumnas genuerit? *ibid. pag.* 113.

Videtur aliquando Lumbricus latus Solitarius, & Solitarius teres. Sæpe autem Solitarius neuter. In Cane viſi nobis *Vermes lati* plures, pluresque *teretes*. In femina Tæniæ octodecim, multique Aſcarides. *pag.* 218.

Teretes Vermes in multis Adultis ineſſe morbi acuti demonſtrant, absque ullo eorum ante morbum incommodo aut perceptione. *a pag.* 218. *ad* 227.

Multa *Vermifuga* recenſentur, quorum hæc in per petuum, illa ad tempus tantum, profuerunt. *ibid.*

Vermes teretes XII. in acuta febre expulſi, & reperti adhuc VI. in Cadavere. *Tom. XIV. pag.* 73. Vermium Signum ex dilatatiſſima pupilla peti ſolitum, in multis abſens, bis in hoc eodem homine apparuit. *Tom. XIV. pag.* 67 *&c.*

Verminoſæ febris Hiſtoria. *Tom. XIV. a pag.* 64. *ad* 77. Non inveniebatur in ejus cadavere mucus Vermes involvens. *pag.* 74. Vermes & Stercora per morbum continuo prodierant, & nihilominus Inteſtinum Ileum, ab ipſa Coli valvula per ſesqui ulnæ longitudinem toto in ambitu ſtercore obductum fuit, in medio autem cavum. An hinc intelligitur, cur cum alvo quotidiana, tanta moles fæcum, ad ſuperficiem internam Inte-

ſtinorum agglutinatarum, remorari in eo poſſit, ac ea poſtmodum copia eliminari, ut obſtupeamus? Alia ad hoc problema reſponſio ex retardatis in Cellulis Coli fæcibus petitur. Novum argumentum pro vomitu ſtercoreo, non præternaturaliter aperta Coli valvula. *pag.* 74.

Ex Hermintologicis recenſentur ſigna *Vermium* ultra ſexaginta. *a pag.* 141. *ad* 172. Febris vel adeſt vel abeſt. *Vermes* ſine febre omne genus morborum nervoſi Syſtematis mentiuntur. Febrem tamen haud raro *Vermes* generant, variæque illam ſpeciei. Symptomata *Verminoſæ febris. pag.* 141.

Vermes Pleuritidem quomodo mentiuntur? Reſpondetur ex *Aræteo*, *Morgagni*, & Anatome. *a pag.* 144. *ad* 156.

Tuſſis Verminoſorum explicatur per longe alios Inteſtinorum morbos, imo per ſedes adhuc remotiores irritantium cauſarum, quæ tuſſim excitent enormem, incoercibilem. *pag.* 156. *&c.*

Pulſus Verminoſus dictus nos plane decipit, tum quod aliquando adſit a cauſis omnino alienis natus, tum quod in Verminoſis deſit ſæpe. Errores hinc orlundi. *pag.* 160.

Verminoſorum dilatatio Pupillarum, ſi adſit, explicatur *Winslowii*, & *Petiti* obſervationibus anatomicis, iisque & annoſis & numeroſis. *pag.* 166. Corollaria quædam ex dictis hucusque. *pag.* 172.

Longa diſquiſitio de vera mente *Hippocratis*, ubi τοῦ Θηρὸς tot ſuorum Operum locis meminit. De Inſectis ne cogitaſſe quidem eum patet in locis plerisque, ſed modo *immane* aut *vehemens quid* intellexiſſe. Probatur. 1*mo* commentariis *Galeni.* 2*do* ex ipſo *Hippocrate*, qui de vermibus agens eos non Θηρία, ſed ἕλμινθας & quidem aut ϛρογγύλας aut πλατείας, ſive ταινίας, aut ἀσκαρίδας, appellavit. Probatur tertio vocis Θηρὸς ſignificatione

ne

ne apud Latinos, qui illud *Θηρίον ferinum* tranſtulerunt, non tanquam *animale* quid, verum ut *enorme, immane, vehemens. pag.* 175.

Vermes non a putredine gigni, ſed ab Ovulis inſectorum naſci, putredinemque ſic generare, *Homerus* quatuor forte ſæculis ante *Ariſtotelis* tempora docuit; ut mirum profecto ſit *Ariſtotelem*, omnemque ejusdem poſtmodum usque in XVII. ſæculum Scholam, eosdem a putredine gigni affirmaſſe. *pag.* 183.

Reſpondetur argumento eorum, qui Pathologiæ verminoſæ faventes, prætendunt omnia cunctorum morborum remedia plus minus antihelmintica eſſe, adeoque vermibus debere morbos omnes originem. *pag.* 187. Speciofum aliud argumentum refellitur, petitum ex ſuppoſita natura diverſiſſima Vermium, qua morbos diverſiſſimos gigni oportere cenſetur. *pag.* 188. Reſpondetur ad tertium argumentum ex prætenſa natura antihelmintica remediorum, quæ in Acutis adhibentur, atque ex Inoculatorum de Vermibus in Variolis planctu, petitum. Tandem quædam in eos, qui non quidem univerſalem hanc Pathologiam helminticam reddiderint, juſto tamen frequentiorem. Remittuntur hi ad Scripta Virorum magnorum, maxime ad *Morgagnum. pag.* 191. Cautela in legendis Obſervationibus neceſſaria. Quinam hanc Pathologiam maxime promoverunt. *pag.* 197.

Vertebræ colli in iis, qui laqueo ſtrangulati moriuntur, neque luxari, neque frangi ſolent: multa ac repetita hujus Demonſtratio Anatomica id docet. *Tom. XV. cap.* 11. *Sect.* 2. *Tom.* 1. *Rat. M. cont. part.* 11. *pluribus in locis.*

Veſalius hominem vidit, ut Sanum multos menſes obambulantem, cui perpetuo pulſus non plus

plus decies ac quinquies minuti ſecundi ſpatio micabat. *Tom. XII. pag.* 63.

Veſica fellea inventa ſepimenta membranacea formaſſe, interque ſingulum locaſſe calculum. *Tom.* Veſica fellea in concentricos loculos diviſa, Libras bilis octo continuit. *Tom. IV. pag.* 99. Mirum calculum geſſit cum Bilis unc. duabus. *Tom. V. pag.* 51.

Veſica urinaria coarctari & incraſſari mirifice poteſt, ut exemplo patet. *Tom. I. pag.* 134. & *Tom. V. pag.* 147. Concrevit cum eadem Vermicularis Coeci proceſſus: in poſtica parte fuit foraminoſa. *Tom. I. pag.* 134. *Veſica* Saccum formaſſe inventa eſt, quo ingentem Calculum recondebat. *Tom. III. pag.* 159. Loco mota ſic viſa eſt, ut urethra ſenſim elongata, in ſiniſtro Ileo locaretur. *Tom. VI. pag.* 138. *Veſica* in inguine *Herniam inguinalem* facit, in Scroto, *Scrotalem*; in Vagina, *Vaginalem.* Exempla ſingularum. *Tom. III. pag.* 165. *&c.* Veſica inverſa extra pudenda propendens. *Tom. I. pag.* 125. Calculus in *Veſica* adeſſe, tangi, & admoto cathetere audiri videtur: cum tamen in eadem non locetur, ſed extra eam. *Tom. III. pag.* 160. Spasmodice contrahi, ne intret Catheter; mox relaxari ut commode intret, inventa eſt. *Tom. V. pag.* 153. *&* 161. Inventa eſt uteri novem menſes gravidi in morem univerſum explere abdomen, ſeque, ob cohæſionem cum Peritonæo, elato in ſitu perpetuo ſervare. *Tom. IX. pag.* 56. & *Tom. XI. pag.* 314.

Veſicantia egregia ſunt in malignis morbis. *Tom. III. cap. I.* & in Iſchiadico morbo. *Tom. IV. pag.* 152. *Aretæus* inter primos eſt, qui illa adplicuerit ægrotantibus. *Tom. VIII. pag.* 167. Quinam de eorundem uſu & abuſu ſcripſerint? *Tom. VIII. pag.* 168.

Veſi-

Veſicantia torpidiorem motum excitant ad coctionem; derivando in locum minus periculoſum materiem, eandem a loco periculoſiore revellunt: dolorem chronicum mitigant attenuando; dolorem autem inflammatorium, debitis evacuationibus præmiſſis, mirifice tollunt. An hoc præſtant Phlogiſticum dividendo? Motus tumultuarios Nervorum ſedant; eorundem vero torpidiores excitant motus. Febrium, præſtitis præſtandis, paſſim mitigant. *Veſicantia* ſolutis Epidermidis cum Dermate vinculis, veſicam formant; coagulabili, præterquam in maligniſſimis morbis, humore plenam. Dropaces, Phoenigmi, Sinapiſmi huc referuntur. *Tom. VIII. pag.* 167. *&c.*

Veſicantia conſueta, aut mitigata, laudantur in Oculorum morbis. *Tom. IX. pag.* 243. In Pectoris morbis inflammoriis ſeu ad latera ejus, ſeu ad Tibias Femoraque admota, mirandæ ſunt virtutis. *Tom. XI. pag.* 102. Laudantur a *Brucknero* in Colica Pictonum, Ventri admota. *ibid. pag.* 201.

Viennenſe Diſpenſatorium non ſequendum, ubi in Gonorrhæa, Pollutione, Phthiſi, Hæmoptöe, Diarrhoea &c. internum commendat *Saturninorum* uſum. *Tom. X. pag.* 87.

Viennenſe Conſilium Sanitatis recte determinavit uſum emeticorum in Acutis. *Tom. III. pag.* 12. In peſte fatetur eam initio ſub aliorum morborum larva latentem, minus internoſci. donec evidentioribus ſe prodat ſignis. *Tom. XIV. pag.* 296.

Viennenſis Peſtis varia. vide *Peſtem.*

Violarum Syrupus, ſerum ſanguinis, & Ovi albumen, reddendo viridia, ob id non indicant liquorem utrumque eſſe alcalinum. *Tom. VI. pag.* 209.

Vipe-

Viperarum cura laudata in pertinacioribus Cutis morbis cum autoritate, tum experimentis. *Tom. IX. pag.* 246. Initium bonæ curæ, ſed defectu Viperarum incompletæ *Tom. X. pag.* 310. Cura hæc aliquando fallit; crebro vero egregie ſuccedit, & quidem in deſperatis cutaneis, ac pulmonicis morbis. *Tom. XII. a pag.* 228. *ad* 239.

Virgo uteri, ovariorum, tubarumque obſtructiones, inflammationes, ſuppurationes, ſcirrhos, hydatidas, cyſticos, qui totum ventrem implent, tumores, patitur, æque quam aliæ non Virgines. *Tom. VI. pag.* 41. *&c. Tom. XI. a pag.* 271. *ad* 292.

Viſcera in Cadavere inflammata, imo jam gangrænoſa inventa, citra vel minimum hujus in Vita ſignum. Idem in alio. *Tom. X. pag.* 55.

Viſcerum non morboſorum duntaxat, ſed & ſanorum, *magnitudo incerta.* In uno homine ſanus Ventriculus vix Libram capit, in alio 10. in alio 20. imo & 30. & plures Libras aquæ continere poteſt. Ita Jecinoris, Lienisque, duplo, quadruplo major moles, in uno homine, præ alio, invenitur. Hæc in ſanis, in morboſis vero longe magis. Aut contractiſſima, aut tympanitice diſtentiſſima Inteſtina reperiuntur, longitudine autem, flexuum numero, figura, inconſtantiſſima. Longitudo Oeſophagi multa aliquando poſtquam e Diaphragmate, Ventriculum formaturus, emerſerit. *Tom. IX. pag.* 51.

Viſcerum ipſe variat ſitus. Pro cujusquam aucta mole, minutave, pro manſione, aut ſuo de loco protruſione, pro varia ſui parenchymatis degeneratione, ſitum eorum mirifice mutari, numeroſa Anatome docet. *Tom. IX. pag.* 51. *&c.*

Viſcera affecta in morbis creduntur, quæ integra exhibet Cadaver. Exemplum de Pulmone. Vide *Pulmones*.

Viſcera cava eo plus extenuari, quo plus extenduntur, theoretice facile concluditur, negat ſæpe Anatomicus conſpectus. *Tom. VI. pag.* 22.

Viſcera ita mole, ac ſitu, connexuque variantia, ut conſtitit, Medicinam ideo non reddunt vacillantem, imo ſtabiliunt eam. Si enim quis hanc variabilitatem ignoret, aliisve occultet, in cauſa millenorum errorum erit, quos ejusdem molis, ejusdemque ſitus viſcerum idea generabit. Cujusque artis gloria eſt certa pro certis, pro incertis incerta dare. *Tom. IX. pag.* 86. *&c.*

Viſcus quercinum in Epilepticis multi ſæpe uſus. *Tom. V. pag.* 120.

Vitæ humanæ cauſas modosque intelligere multoties, & explicare poſſumus, quamdiu hæc vita conſuetis peragitur, continuaturque legibus: minime vero ubi ADORANDUS AUTOR atque FONS VITÆ ad ignotas nobis leges hanc vitam cum format, tum perpetuat. vid. *DEUS.*

Sancti Viti chorea, dicta, cur, ſi unicum modo latus occupet, plerumque occupat ſiniſtrum? *Tom. I. pag.* 147. Ad Machinam electricam quatuor curati. Necdum Machina hæc fefellit in hoc morbo. *pag.* 142. vide plura in *Electricitate.*

Volvulus vide *Ileum.*

Vomica vid. *Abſceſſum.*

Vomitus & Dyſenteria maligna in febre anni 1756. & 1757. morte terminabantur ſæpe, Emeticis

ticis purgantibusque datis; plurimis ſalutem afferebant, Oleoſa, mucilaginoſa, & opium exhibita. *Tom. II. pag.* 3. *&c.* *Vomitorii*, in Acuto inflammatorio morbo dati, effectus peſſimos demonſtravit Anatome. *Tom. I. pag.* 26. Vomitoria in variolis cur non danda? *Tom. II. p.* 49. *Vomitus* ſtercorum, clyſmatum, &c. vid. *Ileum.*

Vomitus cum diuturna Cardialgia, a cauſis necdum certo determinandis, curatur ſæpius *Boerhaaviana* quadam methodo. *Tom. VI. pag* 6. Vomitus frequens a Cardialgiis multis: defuit tamen non raro primo ob cauſas, quas Anatome detexit Vomitum alias inevitabilem, nunc impoſſibilem reddentes; ſecundo ob cauſas nemini determinandas. *Tom. VI. pag.* 13.

Vomitus mox a deglutione, aut brevi poſtea, ſæpe advertitur a Ventriculi Scirrho. *ibid. pag.* 11. *&* 19.

Vomitus perennis a duro ingentique Pancreate, Duodenum Inteſtinum ad vertebras comprimente. *ibid. pag.* 20.

Vomitus continuus a craſſiſſimo Omento, quod Ventriculum, Jecur, Duodenum, Jejunum, Colon transverſum, in unum faſciculum collegerat, & contraxerat. *pag.* 19.

Vomitus indeſinens ab Hernia Ventriculi. *pag.* 31. Quæ hujus curatio? quæ cautelæ adhibendæ? *ibid.*

Vomitus perpetuus ab intropreſſa Cartilagine enſiformi. Curatio hujus. *pag.* 35.

Vomitus ſanguinis gelidis curatus. Quæ hic obſervanda? *Tom. X. a pag.* 300. *ad* 310.

Vomitoria damnantur in Peſte. *Tom. XIV. pag.* 110.

Vomitoria peſſimam epilepſiam curarunt. *Tom. V. pag.* 18. *&c.*

Vomitoria in rariore genere malignarum febrium utiliſſima deprehenſa ſunt; ſed ceſſante genio

Epi-

Epidemico continuata, infauſtiſſima. *Tom. III. a pag.* 16. *ad* 24. vide plura ad *Emetica.*

Vratislavienſes Medici Camphoram in ſua maligna Epidemia noxiam repererunt. *Tom. X. pag.* 125. Malignis in morbis proficuum eſſe corticem Peruvianum ſubolfecere. *Tom III. pag.* 38. Laudatur eorundem de Hydrope pectoris Tractatus. *Tom. V. pag.* 80.

Vulnerum hiſtoria recenſetur, & ad explicandam puris in ulceroſo pulmone generationem opem fert. *Tom. II. a pag.* 32. *ad* 43. Vulnera Inteſtinorum ſæpe curantur. *Tom. VII. toto cap.* 4.

U.

Unguentum, *nutritum ſine corpore* dictum, peſſima ulcera ſanabat, interea dum Mercurius ſublimatus corroſivus ore ſumeretur. *Tom. II. pag.* 102.

Ureteres mirifice elongantur, ampliantur, convolvuntur, incraſſantur, cum vicinis adunantur, ſede moventur, a variis morbis. *Tom. I. a pag.* 126. *ad* 134. & *Tom. IV. pag.* 65. Calculum in fine ſuo ad Veſicam pertinaciter retinent, ne tenaculo prehenſus educatur. *Tom. III. pag.* 160. *Ureter* Inteſtinum Colon amplitudine ſuperans. *Tom. V. pag.* 147.

Urethra cur inventa fuerit integra ſpithama ſolito longior. *Tom. VI. pag.* 138.

Urina. Si ſola in morbis conſulatur, fallaciarum plena eſt ſeptem de cauſis. *Tom. I. pag.* 75. *Urinæ* bonæ & malæ, cum contentis illis diverſimodis ab *Hippocrate* notatis, in Noſocomio practico obſervantur, cum eadem prognoſi. *ibid.*

S Tenta-

Tentamina Urinarum cum variis Acidis & Alcalinis. Non demonſtratur hiſce, ut quidem eruditus *Pringle* voluit, Alcalinorum in Acutis uſus. *Tom. I.. pag.* 78.

Urina perfecte calculoſorum dicta diu mingebatur ſecto jam Calculo, tandem ceſſavit. Quæritur undenam talis eſſe absque Calculo potuit? *Tom. VI. cap.* 5. *Hiſt.* 2. *& in pluribus Hiſt. ibid.* Quid proprie ineſt in Calculoſorum urina? *ibid. ad finem capitis.* Vide *Calculum. Urinæ* accurate notatæ toto tempore diuturno, quo homo in Aneurysmate Arteriæ femoralis decumberet, & cum Gangræna ac Sphacelo, perpetuo eunte ac abeunte, pugnaret; an ad Diagnoſin ac Prognoſin Urinarum in ceteris morbis quid afferant lucis? *Tom. VII. pag.* 59. *&c. Urina nigra* peſſima in Acutis. *Tom. VIII. pag.* 30. Patet hoc ex numeroſis *Hippocratis* cum textibus, tum ægrotantium hiſtoriis. *ibid.* confirmavit *Galenus pag.* 32. Perperam *Galenus* ex ſua Hypotheſi negavit urinam poſſe & *nigram* reddi, & ſimul *tenuem:* eoque in errore fuere plures Antiquorum. *pag.* 33. Bene notavit *Mercatus* hunc errorem & autoritate *Hippocratis*, & experientia tolli. *ibid.*

Urina nigra, reſtituta nihilominus ſalus fuit. Exempla. *Tom. VIII. pag.* 35. *&c.* cur his exitialis, aliis minime? *pag.* 39. Naſci illam Veterum plures ſtatuerunt vel ab exuſto per febres cruore, vel a commiſta cum humoribus Bile atra: quam poſteriorem cauſam *Galenus* & *Duretus* cenſuere minus priore pravam: quod contra *Hippocratis* experientiam, qui nihil atra bile mota pejus unquam vidit. *ibid.* Vera ratio cur his exitialis, illis ſalutaris fuerit, ſita in eo eſt, quod ubi ſalutaris, bonæ criſes per alias vias apparuerint; ubi exitialis, minime. Ita per omnia *Hippocratis* exempla, eo *Mulieris aſperæ & morboſæ* excepto, patet. Sic ut conſtet urinam nigram non magis

criticam eſſe, quam criticæ ſint Petechiæ, Miliariaque, cum excretione alia copioſa, multiplici, optima. *pag* 41. Reſponſio ad illos, qui bile atra, adeoque urina nigra, Criſin fieri arbitrantur. *pag.* 43. Tribus argumentis reſpondetur *Piſoni*, qui in Colica Nephritica urinam nigram laudavit. *pag.* 45. *&c.* Urinæ Nephriticorum mentiri nigras. *ibid.*

Urina alcalina non redditur, niſi in Veſica ſtagnans, aut pure corrupto Renum infecta, Alcalinam naturam ſic induerit, ut mox miſſa cum acidis efferveſcat. *Tom. VIII. pag.* 47.

Quod de Urina nigra dictum, idem de *Urina tenui*, *fœtida*, aliaque prava quacumque, dicendum eſt: ſine aliis evacuationibus criticis letalis eſt, cum iisdem non eſt. Probatur per *Hippocratem. pag.* 48. *&c.*

Urinas bonas cum ceteris excretionibus bonis, ad tutam Criſin, ſalutemque requiri, ex *Hippocrate* liquet. *pag.* 53. Redduntur tamen ſanitati, quibus abundantia bona cujusquam ſecretionis compenſat urinarum aut defectum, aut pravitatem. *pag.* 55. *&c.* Obſtupuit *Hippocrates* contrarios *Fullonis in Syro*, & *Nicoxeni*, caſus. *pag.* 60. *&c.*

Solis Urinis criſin integram fieri aliquando, multis *Hippocratis* textibus liquet, nec non celeberrimorum Practicorum obſervatione. *pag.* 63. *&c.*

Quid ſit *urina genitalis*, ſeu genituræ ſimilis, γονοειδὲς ὃρον, apud Hippocratem? hoc necdum definitum in Medicina eſt. Ad difficultatis elucidationem quatuor adferuntur *Hippocratis* ægri, quibus *genitales urinæ* erant, cum maximorum Autorum commentariis.

An rem hoc elucidat, quod *Hippocrates* mucoſum quid, alvo excretum vocaverit *genitale*; *Duretus* Inteſtinorum tenuium colliquamentum? ut & quæ *Foëſius* interpretatur albuminea alvo urinave excreta?

An intellectum hic juvat, quod *Hippocrates in Prorrheticis* genitales vocitet flatus crebros, mucoſa educentes? Quodque etiam in mulierum urinis hoc genitale notet? Sic genitale hoc in urinis non eſſet niſi materies alba, craſſa, mucoſa, quandoque critica. *Tom. X. pag.* 164. *&c.*

Urina arenoſa non deſignat ſemper calculoſam Diatheſin. In minime Calculoſis eſt ſæpe boni ominis. Exempla multa eam laudant. Fefellit autem nos aliquando Noſocomii obſervatio. *ibid. pag.* 71.

Urina in Hydrope Cyſtico, brevi letali, aſſervata poſt Paracenteſin omnis, ſeparatis in vaſis, in diem XII. usque, nunquam fœtuit, ſed fuſceſcens paulatim, formansque ſedimen: tandem omnes fœtuerunt. *pag.* 231. (In morbis putridis: cruditatis, & humorum maximæ a ſanis diſſimilitudinis tempore, ſæpe urinæ, licet per multos dies ſervatæ, non fœtent quidquam; quæ vero Criſeos ac declinationis tempore redduntur, frequentiſſime fœtent, & nonnunquam ſic, ut vix queant ſervari. An in hac Hydropica, an in hiſce putridis morbis, pravi humores miſti cum ſanguine manent, ſic ut ne ii quidem ſecernantur, qui in ipſa ſanitate, ut putridis proximæ, excernendæ ſint, morbo vero putrido penitus cocto hi cum illis una prodeant?)

Priſcis, recentioribusque, *Urinæ Clysma* laudatur, variis miſtum, idque in Hydrope, ex Puerorum, Vaccarum, Juvencarum, paratum; quin & in Hydrope Urinarum harum commendatus potus fuit: experientia autem Noſocomii has laudes minime confirmavit. (An quia non ſatis in pluribus ægris iterata?) *Tom XI. pag.* 249. *&c.*

Immenſa *Urinæ* copia poteſt Veſica detineri. *Tom. XI. pag.* 314.

Uterus ſuppuratus, & cum Omento, cum ſuis ligamentis rotundis, ac vaſis nervoque crurali-

ralibus firmiter connatus eſſe reperiebatur; unde fiſtulæ internæ externæque natæ, & unde verus difficillimi alias *Hippocratis* Aphoriſmi 5—47. patebat intellectus. *Tom. IV. pag.* 69. *&c.* vide ad H. *Hippocratem*, quæ ibi περὶ τῦ ἐμμόνυ.

Uterus an quo dilatatior, extenſiorque, eo quoque tenuior fiat? ſic dictum quondam fuit: Gravidarum vero Anatome docuit vel ejusdem, cujus ante graviditatem, vel craſſitudinis majoris, uterum eſſe. *Vid. Anat. XLVII.* & *Tom. VI. pag.* 24. *&c.*

Uterus Phthiſicæ parturientis, & cum Hæmorrhagia in difficili partu morientis, licet ea Hæmorrhagia multum conſidere debuit, perſciſſus tamen habuit pollicis ubique craſſitiem, & hinc inde, quæ calamum ſcriptorium caperent, Arterias. De Lacunis ejus, de fibris, de ſede Placentæ. Vide. *Anatom. XLVII.*

Uterus parte ſui dextra Steatoma pondere XIII. Libr. & IV. unc. excrevit. Phænomena quædam graviditatis ac partus hinc exponuntur. *Tom. VII. pag.* 205.

Uteri ſpasmus, isque terribilis, feliciter ſolutus; & qui partus impoſſibilis credebatur, mox promotus eſt. *Tom. I. pag.* 138. 139.

Uſtio Cranii. vid. *Cranium. Uſtio* Coxæ. Vid. *Coxa. Uſtione* ficta Epilepſia ſe prodidit. Exemplum. *Uſtio* crudelis ne fictam quidem Epilepſiam prodere potuit. *Tom. V. pag.* 134.

Uva urſi. Deſcriptio ejus Botanica. Uſus ejus quadruplici exemplo probatur in Calculo Veſicæ urinariæ; tum & in ulceribus Penis, & Perinæi, a Calculis natis. *Tom. II. a pag.* 191. *ad* 205. Egregii ejus effectus in pluribus Calculoſis. *Tom. III. a pag.* 141. *ad* 178. *Tom. IV. pag.* 234. In degeneraſcente prorſum ſyſtemate urinoſo, nihil juvat.

Tom. IV pag. 235. *&c.* Summum auxilium ab ea femina habuit. *pag.* 246. Et alium multum juvit, *Tom. V. a pag.* 145. *ad* 151. Non juvat illos . quos ob degeneres partes Lithotomia non juvaſſet. *ibid.* & *Tom. VI. pag.* 173. Iterata laus ejus, & inutilitas. *Tom. IX. pag.* 258. *Michaël Girardi*, digniſſimus magni *Morgagni* amatusque Diſcipulus, *Parmenſis* nunc Profeſſor egregius, de *Uva Urſi & Aquæ Calcis vi Lithontriptica* Tractatum ſcripſit: Celeberrimus *Göttingenſis* Profeſſor *Murray* hanc Plantam quoque deſcripſit, & laudavit. Plures nihil inde levantur, & cur nonnullis in Regionibus rarus, & in aliis frequens ſit Calculus? *ibid. pag.* 279. Cur *Uvæ Urſi* vires, æque quam plerorumque Medicamentorum; adeo difficiles intellectu? Analyſis chemica nobis hunc præſtare intellectum non poteſt, utpote deſtruens ſæpe id, quod revera adeſt, & quod non adfuerat ſubſtituens. Et Chemia, & tota Hiſtoria naturalis, ea carentes Machina, qualis humana eſt, de effectu Medicamentorum intra hanc machinam ſuſceptorum, apte reſpondere non poſſunt. *ibid. pag.* 277.

Uvula ulcere peſſimo, fauces infeſtante, deperdita fuit, deglutienda remearunt per nares, vox fere tota periit. Mercurius ſic curavit ulcus, ut & Vox, & Deglutitio, Uvula licet deficiente, reſtitutæ in integrum fuerint. *Tom. II. pag.* 98. *&c.*

W.

Walpole (Horatius) Angliæ eques nobiliſſimus, quomodo, & quibus, levatus a Calculi tormentis fuit. Vide mox *Whytt.*

Walter in Itinerario Architalaſſi *Anſon* legendus omnino eſt in hiſtoria curaque Scorbuti. *Tom. VIII. pag.* 204. 205. 228. 232.

Wepferus ſuum proprium Hydropem pectoris non cognovit, quia celebriora ejusdem ſigna deerant. Eandemque ob cauſam oſſeam Arteriæ Aortæ propriæ naturam ignorare debuit. *Tom. V. pag.* 79.

Werlhoff ex cura febrium intermittentium proſcripſit Arſenicum. *Tom. XI. pag.* 65.

Weſterhoff ſummus Medicus, & Senator apud *Haga-Batavos*, laudatur in cura Matronæ gravidæ, cui Cortice peruviano in Tertiana dato, una prorumpebant fortunatiſſimæ Variolæ. *Tom. II. pag.* 109. Miram Convulſionis faciei curam cum Autore communicavit. *Tom. IV. pag.* 252. Herniam deſperatam admota gelida curavit. *Tom. IX. pag.* 211.

Whytt (Robertus) doctiſſimus Profeſſor *Edinburgenſis* credit ſaponem Venetum, & Aquam Calcis, dum dantur Calculoſis, aſperitatem Calculi demere, & mucilaginea eum involvere cruſta. Sic Nob. Equitem *Horatium Walpole* in ſe expertum eſſe; & non in putredinem, licet diu aſſumantur, vertere humores. Confirmatio horum per obſervata Noſocomii practici. *Tom. II. pag.* 208. *&c.*

Widemar, ſagaciſſimus apud *Mediolanenſes* Medicus, cum *Autore* machinam communicavit ad deſperatum morbum Ileum ſolvendum, una cum egregiis patratis per eandem curis. Hiſtoria experimentorum *Autoris. Tom. VIII. cap. ult. Tom. IX. cap.* 5.

Wierus laudatur in methodo Atreſiam ſolvendi. *Tom. VI. pag.* 46. Deſcribit Atreſiæ ſpeciem, quæ Hymenem integrum, foramine rotundo perforatum, exhibet. *pag.* 49. Pulſum intermittentem purgando curavit. *Tom. XII. pag.* 33.

Wil-

Willis dedit definitionem Peſtis, cum omnibus fere aliis ſcriptoribus, non qua initio, ſed in tanto ejus progreſſu duntaxat cognoſcatur, quando definitione ne plebejus quidem ultra indiget. Diviſit ratione locorum in *Univerſaliorem*, & *Circumſcriptiorem*; deinde in *Simplicem*, quæ fere citra aut febrim, aut ſymptomatum ferocitatem trucidat, & in *Compoſitam*, quæ ſymptomatum ſyndromen pro more habet; tandem in *mitiorem*, a qua evadunt plures, & in *ſumme exitialem*, a qua vix Centeſimus emergit. *Tom. XIV. pag.* 283.

Winslow peculiarem habet de Nervi intercoſtalis origine explicationem, ad multa phænomena explicanda utilem. *Tom. III. pag.* 104. Sic conſideratus Nervus hic, faciliorem præbet eorum Phænomenon intellectum, quæ partim in Colica Pictonum, (*loco citato*) partim in nonnullis morbis Thoracis (*ibid. pag.* 99. *&c.*) partim in Verminoſis, obſervantur. *Tom. XIV. pag.* 166. *&c.* In Tænia injectum liquorem ex una ejus articulatione, in aliam, per communem canalem transfluere animadvertit, adeoque unicum eſſe integrumque inſectum. *Tom. IX. pag.* 233. Rigidorum Thoracum junceorum nocumenta graphice depinxit. *Tom. XI. pag.* 304. Pleuram demonſtravit & vaſculoſam eſſe & nervoſam. *Tom. XIV. pag.* 94. Vaſculoſum & Pericardium eſſe. *ibid. pag.* 98.

Z.

Zinci flores, cum aqua miſti, in Ophthalmia præſtant remedium egregium. *Tom. IX. pag.* 242.